ātq; nequitiæ, sed temperantiæ iustitiæ probitati cæterisq; uirtutibus parent. ℂ Quodquidē nō argumentosa tātū philosophia. Verū et historia ac magistra rerū experiētia nos docere potest, si ueteres memorias excussenimus et quomodo Romanū Græcū atq; etiam Barbarū imperiū parta et aucta fuerint animaduerterimus. Quales. n. (ut Petrū, Paulū, Clementē, Constantinum, Iustinianū, ac reliquos nostrates, nunc taceam.) Quales inquā Romulus, Numa Pompilius, Tullus Hostilius, Seruius, Reliqui, præter Superbū? Qui non propter uirtutē, sed superbiā et incōtinentiā cum filiis dissimilis prioribus, regnū amisit? Quales qui post hos libertatis statū fundauerunt Brutus et Valerius Publicola? Non diuitiis certe nec uitiis, Sed uirtute et in patriā charitate insignes. Sicut et hi, qui Samnites populos ualidissimos contuderūt, Pyrrhūq; Epyrotarū Regē peritia rei militaris et fortitudine atq; audatia inter suæ ætatis Reges plurimū præcellentē Italia cædere cōpulerunt. M. Curius atq; Fabritius, uiri nō priuatim ditissimi, Sed auri atq; delitiarū contemptores et sola uirtute et magna continētia locupletes et non suo, uerum publico decori cōsulentes. Non dissimilibus institutis et habitu fuere, qui Hānibalē ab Italia, quā per sexēniū ultra decēnium uitio priorū imperatorū occupauerat, pepulerūt, et æmulā imperii Carthaginē, Romanis stipendiariā fecerunt. Nā Fabius ut probitate et Cōstantia maximus, ita pro patria pauperimus in paupertate

Romani reges.

Brutus et Valeri⁹ publicola.

M. Curius et Fabriti⁹

Fabi⁹ Maximus.

tamen liberalissimus. Nã fundũ, quẽ septẽ iugerũ tãtũ possidebat, eo bello uẽdidit ne patria inops fidei sua cã inueniret. In cuius defuncti funere, post quinq; cõsulatus pro rep. salubriter administratos, cũ domesticæ facultates deessent pro dignitate exequiarũ. populus Ro. certatim æra cõtulit ad sepulturã. Qui sicuti prudentia et cũctatione agendũ uidit, ne Roma ab Hãnibale opprimeret. Ita Scipio celeritate sua Carthaginem patriæ seruire coegit. Cuius qdẽ uiri tanta ꝓbitas fuit uirtus, cõtinẽtia, pietas, ut diuina potius, q̃ humana stirpe progenitus crederet. dũ. n. adhuc Romæ priuatus ageret, quotidie ĩ cella Iouis in Capitolio, sub huius noĩe deũ optimũ maximũ pia oratione sibi propiciare studebat, sentiẽs illũ bonorũ oĩum et egregiorum facinorũ authorẽ illustratorẽq; existere. In procõsulatu uero atq; in uictoria et post partã uictoriã in Africa, quãtæ ꝓuidẽtiæ et fortitudinis, quãtæ et modestiæ fuit. Quantæ in Hispania castitatis et abstinẽtiæ ad Indibilis Reguli filiã et Lucei Celtiberorũ principis eximiæ pulchritudinis spõsam, quã in sua potestate captiuã nõ mõ intactã uerũ etiã inuisam sibi, spõso reddidit, quo facinore oĩs fere statim Hispania ad Romanos defecisse dicit. qđ ui armorũ non facile cõtigisset. Sed huius et singulorũ ducũ Romanorũ uirtute p̃stãtũ, si uelim singilatim uirtutũ decora recẽsere, nimis lõgũ fæcerim. ¶ Ab his igit breuitati cõsulẽs ex Italia in Græciã trãsmittã. Et duas urbes Athenas et Spartã, Vnico ueluti oculorũ obtutu

Pub. Cor. Scipio.

Castitas et Abstinẽtia Scipionis.

perlustrabo, quæ duorum uirorum ut prudentissimorum ita continentissimorum, Solonis et Lycurgi institutis stabilitæ, uiros clarissimos atq; magnificētissimos pepererūt. qui uirtute magistra tenaciter didicerūt, nō opes et delicias priuatāq; potētiā, Sed continētiā, probitatem et publicū decus, publicaq; commoda cogitare. Statuerat enim Lycurgus sanctissime, in ducē et senatorem eligēdū, nō qui inter diuites esset ditissimus, nec q inter celeres celerrimus et robustos robustissimus haberet, Verū qui inter bonos et continentes, optimus et cōtinētissimus esset iudicatus, quiq; per omnem uitā uirtutis et continentiæ palmam atq; insignia retulisset, nō ignorās patriā, a qua diuitias exulare statuerat, non pecuniis sed uirtute fælicem fore. paupertatem autem et continētiam propugnacula inuincibilia existere, quod et consecutum est. donec enim Spartani Lycurgi instituta seruauerunt inuicti seruati sunt. Sicut Athenienses exempla et Solonis documenta secuti, gloriosi et bello et pace euaserunt, quibus uerbo et exemplo uirtutem præ cunctis excolēdam monstrauerat. Ideoq; ex Ariopago, ueluti eius Diatriba. Milciades, Pericles, Trasybullus, Themistocles, Aristides, Conon, Thimotheus. aliiq; complures prodierunt, qui a malitia per uirtutem expiati, propter res præclare gestas, Nomen Atheniensiū immortale reddiderunt, posteriq; uel in hunc usq; diem redderent, si exempla et præscripta Solonis custodissent. Inter quæ illa famigerantur. Nos minime uirtu

Exēplo Solonis et Lycurgi quid Virtus et sapientia ualeat.

Instituta Lycurgi.

Solonis. monumēta

Qui ex Atheniensib⁹ maxime uirtute claruerint.

tem

tem pro diuitiis permutabimus. Quoniã hoc stabile et perpetuũ, Diuitiæ aũt permutãt tpe, et aliter se alias habẽt. Sed illa nõ mõ Atheniensiũ uerũ oium morta-liũ mentes maxime erexerũt. quæ ap̄ Crœsum Lydorũ Regẽ omniũ regũ sua tẽpestate ditissimũ dixit et gessit, a quo cũ acersitus esset, ut eius fastosæ fœlicitatis potius spectator esset, q̃ ut aliquid ab eo disceret, deprehẽdis-setq; eũ Solon ignorantẽ et uacuũ uirtute. præsentiq; fortuna ac bonis tantũ incertis petulãter ac temere ela tum, cõtempsit, neq; in ullũ beatorũ numerũ reponẽ-dum cẽsuit. Docẽs nullius fœlicitatẽ admirãdã, nec ual de suspiciẽdã esse, quæ nõ uirtute subnixa, Sed tẽporũ ac fortunæ motibꝫ tãtũ subiecta nosceret, Q̃d ꝓfecto nõ Crœsi mõ exempla et Solonis monita, Sed multo-rũ principum nostri et prioris dudũ seculi exitus, uerũ docuerunt, qui uanis rebus et nominibus tantũ freti, li-cet magni et sublimes sibi et quibusdã haberentur, mo mento tẽporis euanuerunt, pusillũ et nõ fuerunt, qui si Priscis artibus et uirtute usi fuissent, non modo rem suã et fortunas satis amplas nõ amisissent, uerũ e paruis amplissima cõfecissent, instar Epaminundæ, qui The-bas prius Seruas, dominas Græciæ reddidit, non quidẽ diuitiis priuatisq; deliciis fretus. Sed probitate, pauperta te uirtuteq; sincera usus, Tanta aũt abstinentia et in pa triã charitate existẽs, ut cũ ab Artaxerxe Persarũ Rege per Diomedontẽ Cizicenũ magno auri pondere cor-rumpi tentaret, nõ modo cõstãter neglexerit, sed q̃pri-

Cur autho re Solone Virtus diui tias præstet.

Exẽplo cræ si diuites in sipiẽtes cõ-tẽtibiles et infœlices.

Exemplo Principum nostri secu li magnam fortunã si-ne uirtute fluxã esse.

Exemplo Epaminun dæ Thebani quãti sit uir tus et contẽ ptus diui-tiarum.

mum urbe eggredi iusserit, nequis auro eius, libertatē permutaret. Igitᷣ tali duce et rectore, ut testanᷣ historici, nō mō Thebæ, sed uniuersa Græcia prius in seruitute degēs, in libertatē per eū est reuocata. et patria, quæ ante illum natū et post eius interritū alieno paruit imperio, caput Græciæ extitit. ex quo illud experientia cognitū et usq͙ in hodiernū diē celebratū uelut Adagiū, Vnū uirū uirtute præstantē, pluris q̄ ciuitatē et uniuersam Græciā extitisse. Qua nam causa?

Vir unus uirtute pręstás pluris q̄ tota Gręcia.

Quales sint effect⁹ uirtutis.

¶Quoniam Virtus et probitas fortis, prouida illuminans oculos et corda, agenda omittendaq͙ monstrans, Cœlo deoq͙ coambulans, Malitia uero et improbitas, imbecillis, infirma, tenebricosa, improuida, seruilis, cæcutiēs euanida, trāsuersum instar cacodemonū obambulās et in præceps semper decliuis, a deo totaq͙ natura destituta ac deuia, Quæ p̱ reges et ductores a se labefactatos totos exercitus et populos perdidit. Hæc nimirū G. Flaminiū et Romanorū milia multa et acie et in fuga ad Trāsumenū prostrauit, Apud Cānas uero Paulū Aemiliū interficiēdū cū. xl. milibus peditū eqtū fere tribus milibus ministro Terrētio Varrone Hānibali exhibuit, quē ipsum paulo post Cāpanis delitiis irretitū et uinctū Scipioni uincēdū p̄buit, utpote Virtute et probitate se præcellēti. Sicut mox totū imperiū Romanū luxuria difluētē p̱didit. Quēadmodū et israbeliticū (ne Christianū nūc cōmemorē) sæpe deo odibilē reddēs, Assyriis et caldeis seruū et captiuū tradidit. Nec iniuria, Admonuerat. n. deus, si in malitia perseuerarēt

Qui effectus malitię et improbitatis.

Exempla ductū et populorum quos malitia prostrauit.

G. Flaminius.

Hannibal.

Populus Ro. quomodo defecit.

Populus israeliticus

eos cum rege suo perituros. ¶ Quæquidem malitia si annales solerter inspexerimus maximas quasq; resp. et gētes regnaq; subuertit, Immo ab Ada usq; ad Christum, totum genus humanū labefactatū, a generosiore cōditione abalienauit, ita tamē, ut q̄squis pro uirili sua, uirtute et industria se se e malitiæ tenebris in generosam naturā asserere studuerit, dei ꝓuidētia et gratuita dispēsatione illustriora in nationibus quibusq; facinora ædidisse cōperiat, ut, cū eos, quos pauloante cōmemoraui, tū Alcibiadē, Cæsarē, Scyllā, Pompeiū, Mariū, Lucullū, Alexandrū Magnū aliosq; nōnullos claruisse nouimus. ¶ Quos ne mihi quisq̄ obiiciat, tanq̄ improbos magna tamē illa et præclara factitasse. Neq; enim in his perfectā illā et supernaturalē uirtutē excutio, quæ tamē et in Dauide et Petro multisq; aliis sanctis subinde defecisse dicit. Sed, quid naturali seu industriali uirtute hos efficere permiserit deus, spectādū moneo. Itaq; si historias et horū uitas diligēter ītuebimur agnoscemus ꝓfecto, eorū quēq; nō uitiis neq; malitiosa ignorātia, sed uirtute illustriq; prudētia suffultos magnos ī populis effectos, magnaq; illa et p̄clara gessisse, Etsi ex his, nōnullos (ut natura hoīs mutabilis ē) a uirtute desciuisse legere sit, sicut et a uitiis. Nec. n. q̄sq̄ uel paulo humanior ignorat, Alcibiadē, Cū is a malitia declinare statuerat, a nullis hostibus neq; terra neq; mari uiribus æq̄ri aut uirtute supari potuisse. Scylla uero licet primo turpē Adolescētulū perignatūq; uixerit, paulopost tamē ueluti ruptis atq; disiectis neq̄tiæ claustris

Quomodō totū genus humanum labefactatū

Diuina ꝓuidētia gloriosi semp fuerunt in imperiis q uirtute prę stantiores.

Dauid et Petr⁹ a uirtute defecerunt.

Natura hominis mutabilis. Alcibiades

Scylla.

uirũ strenuissimũ tã exteris q̃ domesticis bellis ægisse noscit, In deo ipso sub noie Apollinis fiduciã habens.

Lucullus pp uirtuté diis amicus

Sicut et Lucullus in bello Mitridatico propter iustitiã et diuinas uirtutes Deum optimũ maximum habuisse fauentẽ memoratur. In somnis.n.dum oppressarũ ciuitatum publico bono inuigilat, atq; tyrãnides extirpare nõ ob sui utilitatẽ, sed uirtutis amore cõtendit, diuinitus est admonitus quid facto opus esset. Sed qd Deũ uirtuti Lucullianæ propitiũ fuisse refero? Cũ ipsa rerũ natur ipseq; Eufrates alueũ turbulentissimũ multisq;

Eufrates.

tumentẽ aquis, ei aduenienti et cõtra insolẽtissimũ Tygrãnem, exercitũ educenti aquis quodãmodo desicatũ

Tygrannes insolentiss.

subito exhibuerit, oĩbus accolis miraculum obstupescẽtibus Lucullũq; ueluti diis amicũ uenerãtibus, Nec immerito, est.n.Deus et ipsa rerũ natura uiris uirtute præstantibus fauens, sicut tunc Lucullo fuit. Qui non numerosis militum copiis, sed prudentia, fortitudine cæteraq; uirtute, ut scribũt Historici, suffultus, duos tunc maximos et potentissimos sub sole Reges domuit et ꝓfligauit, Mithridatẽ Ponticũ et Tygrãnem Armeniũ, qui se Regem Regum appellitari uolebat. Vtpote cui insolentissimo cũplures Reges cõnexis inuicẽ brachiis iura danti astarent, equitantẽq; sequerent atq; præcederent. Quẽ occurrentẽ sibi cũ centum quinquaginta milibus Peditum, funditorũ et sagittariorũ uiginti milibus, Equitũ milibus quinquaginta inter quos decẽ et septẽ milia erant catafracti, nec nõ cum trigintaquinq;

Deus et natura uirtuti fauent.

Mithridates.
Tygrãnes Rex regũ.
Copię Tygrannis.

milibus uias sternentium et militares Machinas trahētiū, Lucullus undecim tantū milibus Bellatorū uirtute præstātiū, ipse uirtute præstātissimus, usus, acie prof li gauit, qua uictoria nullā unq̄ clariorē solē uidisse scripsit Antiochus philosophus præceptor Ciceronis. Et Lucullus quidē licet esset bello maximus, laborauit tamen maior esse pietate, iustitia, humanitate, clementia cæterisq; id genus uirtutibus, usq; adeo, ut hæc diuinæ optimæq; mentis insignia. ut testat̄ Plutarchus, cum bellicis minime cōferenda cēseret, propter q̄d Deus illi in his tēporariis ut optabat, adfuit Sicut et. C. Mario, dum spiritum cupiditatibus et ambitione inuictū serua uit, qui ob uirtutē et frugalitatē diuos quoq; et rerum naturā, Cōtra Iugurtā et Cymbros cæteris imperatori bus inuictos, similiter propitios et fauētes habuit, agēda, et omittenda monstrātes. quiq̄dē nec Pompeium deseruerūt, donec uera animi uirtute et magnanimitate præstitit. Iulium uero Cæsarē nō tā profecto, fortuna exercitū ductare et strenuitate uti, trāquillitatē mari calorē hyemi, segnibus pernicitatē, ignauis strenuitatē imperare, q̄ diuinus animi uigor et eximia uirtus docuit. At postq̄ Marius abiecta frugalitate ambitiosior fieri cœpit. Pompeius superbior, nec parē pati potest. Cæsar in suspitionem Tyrannidis uenit. Corruerunt. Quāq̄ Cæsar nō aliena uirtute sed proditione superatus, interiit, sicut et Alexāder Magnus, nullius uiribus aut uirtute sed ueneno extinctus occubuit. Cuius qui

Copię Lu culli.

Lucullus bello maxi mus uirtute maior.

C. Marius

G. Pōpeius

Iulius Cęsar.

Alexander Magnus.

Qualia fuerint cępta Alexandri Magni.

dem cæpta re uera regia et magnifica extitere. quippe nõ tã a patre Philippo, q̃ ab Aristotele et philosophia edoctus, nõ sibi opes et delitias, Sed uniuerso mortaliũ generi comertiũ, pacẽ, cõcordiã, uereq́ humanos mores astruere, et Græcos a Barbaris, nõ habitu, sed uirtute internoscendos statuere. Debellato. n. Dario et tota fere Asia domita cũ Græci et Macedones consultores cẽserẽt regnis et urbibus deuictis, Græcos et Macedones tantũ pficiẽdos, dicerẽtq́ debere Alexãdrũ suis benefacere. Mei inquit sũt uirtute præstãtes. Siue hi Macedones et Græci fuerint siue Barbari, quotquot enim uirtute præstãtissimos agnouero hos magnificabo, habeboq́ amicos. O uocẽ uere regiã et principalẽ, sed uoces egregias gesta eius memorabiliora superarũt. Cum enim rogantibus numũ ciuitatẽ largiret, probis tamẽ et sapiẽtibus etiã nõ rogantibus regia munera trãsmittebat, ut Xenocrati quãuis recusanti talenta quinquaginta dono misisse traditur. Quantã uero Castitatẽ et Clemẽtiã pstitit, uxorem Darii captiuã pulchritudinis admirãdæ cõsolatus et nõ aliter, q̃ si soror fuisset, excipiẽs? Quãtã sapiẽtiæ disciplinam? qua magis optauit excellere q̃ orbis terrarum imperio? In cuius fastigio amplissimo iã cõstitutus, fortunaq́ eius cœptis fœliciter fauẽte, Cũ Diogenẽ Cynicũ fuisset cõspicatus, immo salutatũ accessisset Corinthi in dolio fictili habitãtem, et pera tãtũ baculoq́ locupletẽ, dicere non est ueritus, suis proceribus Diogenẽ admodũ cõtemnẽtibus, Ego

Memorabile Alexandri Magni profatum.

Eiusdem liberalitas.

Cõtinẽtia.

Alexander sapiẽtia magis q̃ orbis imperio optauit excellere.

uero ni Alexāder essem o proceres forsitan essem Dio genes. Quibus uerbis significauit, censore Plutarcho, se regiam fortunā sapientiæ nō anteferre. Nec purpurā et diadema māticæ et sordido palliolo anteponere. Verū philosophū etiā fortunis pauperrimū et ipsis ignorantibus contemptibilē, esse maximum et præstantissimū mortaliū omniū. Sed de Alexandro eiusq; uirtute de Græcis et Latinis pro re satis. Reliquū erat ut aliqua Barbarorū exempla adducerē, quibus itidē probarē eorū regna siue imperia nō nisi uirtute parta et illustria facta, malitia uero et imprudētiali ignorātia corruisse, ut Assyriorū, Medorū, Persarū, Carthaginēsiū, Aegyptiorum, Troianorū, quæ sicut uirtute Nini, Semiramidis, Arbacti, Cyrri, Didonis, Solis siue Menis, atq; Mercurii, Teuchri siue Dardani, stabilita diu floruerunt. Ita malitia atq; ignauia Posteriorū defecisse noscunt. Sed nimis lōgū et admodū superfluū iā sermonē fæcerim, si hic diutius immorer. Iis igit omissis illud, quod sum pollicitus et studiosis futurū maxime cōducibile, iā præstare aggrediar. Vt aperiā. Sapiētiā, quā multi multifariā sibi cōparare meditant, absq; ipsa uirtute morali cōsecuturū neminé. Nec queq̄ uere dici posse euasurūq; Sapiētē aut Philosophū, qui secūdū uirtutē nō uixerit fueritq; prudēter operatus, quod erit in hac nostra lectione siue expositione ueluti scholasticorū corolariū sapiētiā adire affectātiū nō inutile. Et apud eos, qui aures audiendi habuerint, ut minime protritū neq; uulgare, ita probatu atq; suasu non difficile.

Nisi Alexāder essē: forsan essē Diogenes.

Quibus uiris floruerint imperia Assyriorum: Medorū: Persarū: Carthaginēsium: Aegyptiorū: Troianorum: et quomodo defecerint.

Sapiētiam sine uirtute nō posse comparari

Quid uere sapere siue sapientia.

CVm sapientia siue sapere multipliciter dicat̃, de eo nobis fuerit sermo, quod est uere et excellẽter sapere, et ꝑꝑ qđ Bononiæ alibiq; sunt literaria gymnasia studiosis cõstituta. Is quidẽ igit̃ bene sapere a doctis iudicatur, qui ingenuarum artiuм et scientiarum pro humano captu certitudine sibi ad beneuiuendum comparata, seipsum et quæ præstantissima sunt in natura speculatus, perfectissimum atq; excellentissimum gradum secundum hominem conscenderit, arcemq; dignissimarum intellectionum obtinuerit, Actiones ꝓprias ad finẽ quasq; suũ prompte dirrigẽs deoq; sese et alios quoad fieri potest facile amanterq; cõformãs. ¶Hoc quidẽ illud egregie sapere censet̃, quod oẽs homines desiderãt. Sed pauci cõsequunt̃, cũ tamen unus quisq; natus sit adipisci, Operepreciũ igit̃ causas sapiẽdi uel insipiẽdi cognoscere et an intrinsecus uel extrinsecus adsint, inuenire. Videt̃ quidẽ nõnullis et his quidẽ in sapientia primariis, hãc terrã nostrã, quæ de esse super omnẽ extensionis et priuationis nec non corruptionis conditionẽ existẽte, fuerit educta, cognitionis atq; sciẽtiæ semina cõgenita tenere. Si enim extrinsecus penitus inferrentur, quonã principio, quæ penitus ignoramus inquireremus? quomodo præterea inquirẽtes et inueniẽtes agnosceremus, si nullo modo ea præcognouissemus, quæ nec sensus ullus monstrare nec lingua effari ulla possit? Vnde nobis mero ignorantiæ et obliuionis non penitus obrutis, de æterna ueritate, de prouidentia

Sapientię semina nobis ingenita uideri.

de prouidentia, de beatitudine, immortalitateq́ꝫ prima suspitio: non facile quidemdictu. At si sic est, et haec, quae archa siue locus specierũ atq́ꝫ intellectionũ dicit, ad instar Dei benedicti ydeas uniuersi, nec non essendi rerũ atq́ꝫ intelligendi operandiq́ꝫ aeternas cõtinet rationes, cur has nõ semper nec eodẽ modo oẽs homines intuentur: uel quaerunt aut nõ uidẽt plaeriq́ꝫ quod intus habent: An quia huiusmodi terra nimiis aquis imersa uel densioribus tenebris corporeorũ semper obuoluta, nec recte disposita, uel ad terrã incurua, lucis suae radios nõ aeque admittit: cũ scibilia atq́ꝫ intelligibilia diligibiliaq́ꝫ nõ nisi per solem suũ illustrata et calefacta expiatis pullulent, et ut inquit Apostolus reuelentur: secundũ ergo uariã animorũ excitatorũ et bacchi cratere madentiũ dispositionem et cõuersionẽ diuersumq́ꝫ radiorũ influxum atq́ꝫ contactũ horum ue carentiã, uarietas pullulandi atq́ꝫ germinãdi aut sterilescẽdi, diuina et terrena sapiendi cõtingit. Non secus q̃ in terra elemẽtari, quae si penitus fuerit obducta, nec radios solis uisibilis sentiat, nihil oĩno germinare cernitur, sicut eiusdẽ radiis contacta, pro situ et cultu diuersaq́ꝫ dispositione, diuersa producit et germinat. ¶ Quãuis igitur utraq́ꝫ lux semper luceat et oẽm terrã et oculum praesto sit illuminare, nõ oĩs tamen terra illustratur, nec oẽs oculi siue exteriores siue interiores lumen uident uel non aequaliter participant, sed ea terra quoquomõ illustratur, quae nõ obtecta opacis, luci quoquomõ exponit. Ii oculi lu

Rationes platonicorũ aiam habere ingenitam sciẽtiam.

Causę diuersę obliuiõis et reminiscẽtię.

Vtraq́ꝫ lux semper lucet, sed nõ oĩs oculus uidet lumẽ

Qui oculi siue animi luce intelligibili illustrentur.

men uident, qui uel non penitus clausi tenebris et carcere cæco, qui non corrupti, non infecti, nec semper in curui, se luci rite exponunt, uel qui exponant et oculos aperire atq; attollere instituant, eligunt, Cuius igitur acies (de interiore loquor) ueluti speculum immaculatum splendens fuerit ac lucida, parumq; læthæo latice maduerit, hæc nubes corporeas supergressa intelligibili luce facile eradiabit, ac latentes dudũ rerum rationes intuebitur, uel in æternam etiã ueritatem intuitum figet.

Qui cecuciant.

At sordida et malitia appetitus ueluti muccosa et situ obscura, non nisi ad sensibilia hallucinans et opiniosa, æternæ lucis candorẽ nõ admittet. purũ.n.impuro attingere nephas. Cum itaq; (ut sacra testantur eloquia)

In maliuolã aiam nõ itroib it spĩritus sapiẽtię: quomõ intelligat. Expiatio necessaria per uirtutes.

in maliuolam animam hoc est malitia appetitus coinquinatam non introeat spiritus sapientiæ, quæ perpetuum præstat in una quaq; re ueritatis intuitũ, necesse est cupientem eo afflari atq; splẽdescere, expiari primo, tum paulatim luci assuescere fieriq; similem et quodãmodo cognatum pulcherrimo candori, Hoc aũt studiosus non nisi per uirtutes ciuiles et purgatorias animiq; purgati exequetur, quibus tenebræ sensibilium et corporeorum, quæ obliuionem inuisibilium induxerant, sensim effugãtur et lux rationalium incipit elucescere ac mentem ad altissima simul et pulcherrima omnium spectacula præparare, ad quæ si impurus et inexpiatus attentauerit temere irrepere, calligabit uel potius

Hanc ostẽdunt platonici.

excecabitur. quod quidem ample et præclare ostendũt

platonici. Sed euidétius et Energia quãdam Moses ille magnus, Cuius apud omnes gẽtes maximũ in philosophia atq; sapientia nomen, manifestat, qui nõ nisi mũdatus et ab immundis segregatus, diuinorum humanorumq; cognitionem diuinitus excepturus, per medium nebulæ transcendit in montem colloquẽtis secũ domini uisurus gloriã. subsistente inferius ꝓfana multitudine perituraq; si radices montis fumigantis fuisset indigne transgressa.

Euidétius Moses.

Hem qd est? Quidnã a tertio subselio admurmurari audio? si obnunciator est, efferat palã. Istæ uero inquit. sunt nugæ platonicorũ christianorũq; confictæ ambages, quibus non assentior, quoniam experiẽtia est in contrariũ. Ego. n. me et alios præterea multos scio, multa malitia, nullo autẽ uirtutis habitu excultos, esse nihilominus uel haberi olimq; habitos sapientes excellentesq; philosophos, Nec iniuria. Cum sapientia sit neq; lumen neq; candor nescio cuius sũmi boni in animabus uirorum bonis relucentis. Verum diuinarũ humanarũq; rerum cognitio, non per uirtutẽ, nec ullius extrinsecus lumine, sed naturali proprioq; ingenii acumine comparabilis. Quicũq; igitur diuina et humana nouerit, triplicem uel ẽt quatruplicem philosophiam percalluerit sapiẽs et beatus euadet, q̃uis nulla prius uirtute expiatus nec luce nescio qua illustris factus, Cũ in speculãdo beatitas ac uera sapiẽtia consistat. ut noster probauit Aristot, et eam necessario uirtus cõsequatr.

Contra p̄dicta opponitur.

Quid sapientia communiter.

Responsio et cõfutatio obiectorũ.

❡Quisquis es, qui talia sentis, caue ne uel secundũ tuã philosophiã inscipienter sapere perseueres, secũdũ quã primo in tua potestate oĩno nõ est, sapienté siue intelligenté fieri, intuerique ueritatẽ. cũ hoc a principio extrinseco potissimũ dependeat. Cũque intellectus, si tuo niteris Aristotele eiusque mentẽ prodẽtibus, nõ essentialiter tibi adsit, Verum deforis superueniens, ad intellectionẽ seu cõtemplationem tantũ conferat, per qué intellectus tuus possibilis, qui est ueluti oculus in tenebris, speculũ informe, pura potentia, tabula rasa illustratus, formas seu species intelligibiles abstrahit, et rerũ essentias speculatur, sine quo oĩno nõ uidens atque cecutiens existeret, nõ secus q̃ exterior oculus, nisi illi uisibile lumen præluxerit. Nec.n. aliter habere uidet̃ intellectus tuus fantasticus ad suũ intelligibile, q̃ uisus ad uisibile, At patet Visum q̃uis perspicacẽ rerũ colores non cernere absque lumine solari, igit̃ nec intellectus rerũ ueritatem poterit apprehendere absque lumine superno gratis quidẽ omnibus, multis tamen ingratis dato, de quo dictũ est non per Aristotelem, sed per Videntẽ, in lumine tuo uidebimus lumen, et eo quidem euidentius, quo intelligibilia omnia a Deo magis dependere noscunt̃, q̃ uisibilia a sole, Qui fons omnis lucis esse prædicat̃, omniũque sensibiliũ generatio, qui sine tempore propagat̃, sine sui diminutione perspicua implet corpora, sine sui inquinamẽto sordidis se sua luce infundit, causa existens præcipua et cõseruatio omniũ, quæ inferius nascunt̃ uisibilũ, sine

Quomodo se habeat intellectus in nobis secũdum Arist.

Ex comparatione.

Ita se habet intellectus ad lumé intelligibile: ut oculus ad uisibile.

Quę uirtus et natura lucis uisibilis

cuius præsentia, queãdmodũ cuncta uisibilia defectura credunt̃ oĩsq̃ carneus oculus sua uisione frustrandus, Ita omne intellectiuum sua intellectione priuatũ iri cognoscit̃ intelligibili luce non illucescente, cũ hæc una in omnibus et super omnia intellectualia, imensa, atq̃ in se ipsa cõsistens, incoinquinabilis atq̃ impartibilis, oẽm causet et aperiat ueritatẽ non oĩbus tamen oculis. sed his tantũ qui recte dispositi atq̃ a sensibilibus depurati, ad illũ se cõuerterint. Nõ depurãtur aũt neq̃ recte cõuertunt̃ nisi per prudentialẽ habitũ, qui unãquãq̃ potentiã moderatur atq̃ rectificat, ne circa suũ operabile, non modo agendo uerũ ẽt speculando erret. quo temperante, uterq̃ appetitus morigerat̃ intellectui atq̃ cõformatur, quos petulãtiæ suæ relictos, nõ dubiũ est, non modo cõtemplationẽ uerũ ẽt uulgarem intellectionẽ impedire, nec sinere discẽtes eredere, et melioribus auscultare. ¶Quod quidẽ in infinitis admodũ hominibus apparet, quos sensuales appellamus, qui sensibilibus tum assueti, tũ impediti, ẽt si nitant̃ ad intellectum se cõuertere, allucinant̃ et nihil uident intelligunt ue, aut aliud pro alio illis apparet. Non secus, q̃ corporis oculus opthalmia laborans, colorẽ pro colore cõcipere noscit̃. Et lingua amarore febricitante infecta, dulcia ẽt amara pertinaciter suspicat̃. Cũ aũt rarissimorum mortaliũ oculi et gustus (interiores dico) non primo infecti reperiãt̃. (Oẽs quippe corporis et corporeorũ cõtagione cõmuniter inficiuntur.) oẽs haud dubie ad intelligi

Quę uirtus lucis intelligibilis.

Quibꝫ oculis lux intelligibilis aperiat ueritatẽ.

Quomodo per prudentialem habitum dispo namur.

Quomodo sensuales rerũ ueritatẽ nõ possunt intueri.

Ex euidẽti comparatione.

Medicinā prudētialis philoso/phia procurat.

De excellētia prudentię et moralis philosophię.

Latissimū eius imperiū.

Quibus rationibus: ēt authore Arist. prudentia speculatricem pręstet sapientiam:

Quia bonum eius uniuersalius et coius

Quia inde pēdens et imperans.

bilium spectacula cupientes accedere et gustare, curatio ne indigent et medicina, quæ a morali siue practica phi losophia est nobis expetenda, Quæ hanc et cætera ad hominē perficiendū spectantia, ductu atq; auspitiis Re ginæ Prudētiæ procurat. ¶Quod ut melius ostendā, q̄dā de eius p̄stātia sunt necessario delibāda. ¶Est.n. de nobis oibusq; studiosis imo de toto humano gene re maxime benemerita, Circa oīa bona et mala huma na, Deo authore legitimū atq; amplissimū imperium obtinens, per quā ad sapientiam et fœlicitatem ascen dētes intellectus demū perfectionē, appetitusq; trāquil litatem cōsequimur Cui nō iniuria Aristoteles et sapi entior q̄sq;, longe plura et meliora tribuisse noscitur, q̄ speculatrici illi, quæ a nōnullis merum et mixtū im periū in hominibus est credita administrare, Cū tamen parū uel nihil imperii sit sortita, parum uel nihil præci piens, nisi ad speculandū, Cū tamen homo nō tam ad speculandū q̄ ad agendū sit natus, dataq; uideatur intel lectio propter actionē atq; fruitionē, ad quam pruden tialis philosophia siue prudētia omnia agibilia factibi lia atq; ēt speculabilia dirrigit et a fine usq; ad finē at tingens omnia nō minus fortiter q̄ suauiter disponit, nō modo cæteris, sed et ipsi speculatrici imperās et præ cipiens, quæ quidē parū frugis consequeret, parūq; in suis spectris proficeret, nisi ad securitatē, hæc iperatrix agmine uirtutū comitante ordinaret ac semper adesset.

Caueretq; ne turbulentissimi hostes quadrato agmine usq;quaq; tumultuantes in illam incursarēt, Et modo hinc dextrorsum inaniū bonorū uel præsentiū uel futurorū specie illuderent, modo illinc sinistrorsum recē tiū siue impendētiū opinatorū malorū idolo intertur-batēt atq; propellerent. Et facile quidē nō sinerēt eam sibiq; intendentes in naturæ cōstantia placide persistere nihil sibi scilicet aliisue prospicientē pulchrisq; tantū intentā spectaculis. Queādmodū aūt hanc digne speculantē sine huius nostræ reginæ præsidio nemo intuebitur, Ita nec ipsam fœlicitatē suā ambrosiam et nectar propinātē. utpote quā hæc nostra semper ispectet et cui sit essentialiter annexa, et propter eam ferat quocūq; fertur, quod quidē nobis Aristoteles harū a secretis et scriba primarius sæpe manifestauit, scribens uoluntatem esse finis, qui desideratus, est primum obiectū intellectus practici siue ipsius prudētiæ, a quo principia practica effluunt, et ad quem mediis inuentis, oēs actus studiosi dirriguntur, asserēs insuper fœlicitatem (de qua nūc loqmur) hominis studiosi operationē existere, studiosum uero, effici neminē, nisi p uirtutes morales, quæ prudētiæ sint necessario annexæ, p quas Politicā terrenāq; Rēpublicā administrat docetq; mortales ad meliora quādoq; deducēdos perniciosa reptilia quorū nō est numerus, nec nō obstātia quæq; blādiētia ue magnanimiter cōtēnere, uincere fortiter, caute deuitare. ut uincēti atq; euadēti det mox triūphus et Māna abscōditū.

Quia maxima per hanc bona consequimur, sine qua non.

Quia magis essentialis fœlicitatis.

¶Sine quarum ſymbolo, cũ ad ſacrã militiã nemo ad-mittatur, huiuſmodi aũt ſymbolo niſi rationales, et ſe-cundũ hominẽ uiuentes fieri participes ualeant, quẽq; accedentẽ, brutali appetitu q̃primũ exarmat, et ea quæ hominis ſũnt ſapere atq; appetere aſſuefacit. Donec id quod eſt maxime homo emergat, et id quod in homi-ne eſt optimũ ipſa perficiat. per temperantiã uero ſalue tur, cauens ne a malitia corrumpaẗ, extinguatur per be-ſtialitatẽ. Eſt aũt id maxime homo, ut idem ſcribit Ari ſtoteles, quo uincente diciẗ uincẽs homo, et quo uicto diciẗ uictus homo. At particula prudẽtiæ uincente per cõtinentiam diciẗ uincens homo, et ea per incontinen-tiã proſtrata, diciẗ uictus homo uel potius non homo, quẽ quiſquis fideliter nõ induerit, nec ad ſapientiã nec ad fœlicitatẽ ingreſſurũ ſe ſperet, Ad quas belluis nõ da tur acceſſus? Quantũ igiẗ hæc nobis iãprimũ ſuſpicien da? quãti facienda? per quã primo efficitur, ne belluæ ſi-mus in humana effigie uiuentes? mox ad beatitudinem diſponamur melioreſq; efficiamur, quod per illã ſpecu latricẽ, Ariſtotele teſte, nequaq̃ ſperare cõcediẗ. cum de nobis nec de bonitate quicq̃ curet. per eiuſq; mẽtis par ticulã nec uincamus neq; uincamur, nec præterea redda muẗ boni, quod cõſequimur per prudẽtiã abſq; metha phiſicali ſpeculatione atq; mathematica, per eundẽ Ari ſtotelẽ dicentẽ impoſſibile, hominem prudentem eſſe non bonũ, igiẗ habens prudentiã abſq; prædicta ſpecu lation e adhuc erit bonus, quoniã eodẽ authore, uirtu-

Quia p hãc homo et q̃d in homine optimũ per ficitur.

Per quã ho mines eua-dẽtes: ad ſa pientiam et fęlicitatem diſponimus

Per quã bo ni effici-mur.

tes fa-

tes facientes hoiem bonũ necessario sunt annexæ prudétiæ, nõ aũt illi sapiẽtiæ, quæ nõ põt facere hoiem bonum absq prudẽtia, quæ ꝓpterea melioris perfectibilis portio per eũ ipsum Aristotelem esse colligit asserẽtem intẽperãtiã corrũpere in homine prudẽtiã, nõ aũt speculatricẽ sapientiã, põt hæc igit eẽ in homine intẽperato improboq, cũ quo nõ põt hospitari prudẽtia solius uiri boni cõtubernalis, qua pͥsente non põt quis esse nõ bonus, cũ illa dnã speculatrix nullã faciat sua presentia et diuinitate probitatẽ, de q̃ nihil curat, Cũ igit habitus prudẽtialis sit mẽsura et regula omnis uirtutis et bonitatis humanæ inclinans semꝑ ad agendũ secundũ rectã rõnem. Tantũq fælicitatis cuiq accedere dicatur septimo politicorũ, quantũ per ipsam prudentiã et uirtutes quisq operat, uidet qdẽ non nihil patere Authore uel Aristotele, quã hæc in rebus humanis ad bene beateq uiuẽdũ iurisdictionẽ obtineat, q̃q ẽt belle sapere capérit et is qui paulo ante his obnũtiauit, et qui pro his stãtem iamdiu exibilandum conspirauerunt.

Rõne melioris perfectibilis

Quia estregula et mẽsura ois bonitatis humanę

Tantũ fęlicitatis cuiq accidit quãtum ꝑ prudẽtiã et uirtutes opaṙ.

¶Sed unde quæso tãtæ tenebræ tantaq nõ solũ in moribus, uerũ ẽt in bonis litteris isitia et pestis emersit, An a platonica Christianaq doctrina? qua cãdidior, modestior, sanctior ueritatiq amitior nulla fuit unq̃ neq futura est? minime quidẽ, sicut nec omnino ab Aristotelica, quam licet uulgo nũc oẽs circũstrepant scholæ, in paucis tamẽ fideliter ac scienter ꝑpendit. Vnde igitur? a barbarico qdẽ uitio atq initio, quo tenera philosophã

Vnde cã insitię circa ph̃iam.

Aristotelis doctrina a paucis nũc scienter perpenditur.

tium ingenia imbuunt uel potius deprauant, oisq; uita inficit et doctrina puertit, qd.n.infaustius q̃ in foribus impingere? qd pnitiosius quã in fine oium studiorum atq; humanarũ opationũ deerrare? Quẽ aũt prima nũc phiæ limina salutãtes auscultãt? Nẽpe hois pfectionẽ et substantiã eius pfectã existere inpfectũ esse p scientiã, speculatiuã, taleq; dispositionẽ esse ipsi fœlicitatẽ ultimã et sempiternã uitã, et cũ hoc cõsequi cognitionẽ sciẽtiæ speculatiuæ de moralitate uirtuosa, quoniã scientes istã scientiã, cũ fuerint scd̄m ordinẽ naturalẽ oportet eos de necessitate esse uirtuosos in oĩbus spẽbus uirtutũ moralium, quæ sunt iustitia, temperantia etc.

Qui sit finis et perfectio hois secũdũ Auceroem.

Cõfutatur positio Auerois rõne et authoritate Aristo.

Pria rõ ex mẽte Arist.

¶Hæc qdẽ sunt qbus magnus cõmẽtator eorũ mentes incrustare aggredit, q primo Aristotelis phiam auscultaturi ingrediunt, nec plærisq; incredulus habetur. Sed quæso o Aueroes sunt ne ista scd̄m mẽtem doctrinãq; Aristotelis prodita? cuius sensum p̃ cæteris intimius pcæpisse uulgo crederis? An unq̃ sensit Aristoteles in eo pfectionẽ hoĩs posse cõsistere, in quo possit esse et repiatur aliqs d̄fectus? minime qdẽ. At cũ scĩa phisica atq; ẽt methaphisica sapiẽtia, põt esse et repit malitia siue uiciositas p tuũ Aristo. in sexto ad nicomachũ filiũ libro asserẽtẽ malitiã seu ipsam uiciositatẽ posse corrũpe prudẽtiã nõ aũt mathematicã neq; phisicã aut methaphisicã. põt igit simul habitare uitiositas cũ hmõi tua sciẽtia, et põt qs existere phisicus et methaphisicus et tamẽ uitiosus, si aũt uitiosus nequaq̃ fœlix. Nõ ergo in scientia cõ

sistit fœlicitas neq; hominis summa pfectio, quã opor/tet omni bono p captu hominis esse cumulatã, ab omniq; malo remotã, alioquin nõ erit summa. Q đ cũ Aristotelẽ nõ lateret, nõ in sciẽtiæ habitu, uerũ in actu siue opatione optimæ et pfectæ uirtutis, hominis fœlicitatẽ atq; pfectionẽ primo et decimo ethicorũ collocauit. At hoc inqs nec me latuit, nã hoc aĩaduertẽs ppea subiũxi cũ hmõi sciẽtia pbitatẽ, et omniũ uirtutũ plenitudinẽ necessario subsequi. At hoc inq̃ o arabe et cõtra ueritatẽ est et cõtra Aristotelem, qui sentit hmõi malitiã esse posse in homine omni scientia uel instar cacodemonis quãtũuis turgidissimo, (q sciẽtissimus idẽ tamen teterrimus infœlicissimusq;) qđ nõ cõtingeret, si hmõi scientiam uirtus et pbitas (ut asseris) necessario consequeret. Vbi igit acumẽ tuũ o Aueroes? profecto de te apposite Hieremias profetauit dicens, infatuatus est hõ a sciẽtia sua. Verũ de te ipso nõ multũ curandũ, miserendũ aũt đ miseris scholasticis, quos tibi adictos sciẽtificasq; scholas frequentantes, manifestæ insitiæ atq; infelicitatis omnino damnas. Si enim (ut asseris) in sciẽtia perfectio et humana fœlicitas consistat, huiusmodiq; scientiam uirtus et probitas necessario subsequatur, parum autem modestiæ in his conspiciatur, parumq; de bonis moribus et moralitate uirtuosa curare et possidere uideantur, argumento nimirum est eos secundum tuam sententiam, parum in scientia proficere et ad miseriam potius quam ad fœlicitatem declinare, quo quid tetrius,

Qui sit finis ultimus siue fœlicitas secundũ Aristo.

Respõsio p Aueroe.

Replicatur cõtra Aue.

Hieremias ifatuatus est hõ a sciẽtia sua.

Si uera sit conclusio Auerois rarissimi nũc sciẽtes ostẽduntur.

Nota bonos mores arguere scientiã uerã.

et philoſopho indignius? At nō de ſcholaſticis tātū ue
rū đ toto humano genere et optio quoqꝫ male mereris

Quę abſurda ſequant̄ expoſitionē Auerois.

Cū.n.rariſſimi ſcientiæ perfectionē nati ſint cōſequi, ra
riſſimi poterunt fælices tua ſententia euadere, naturaqꝫ
ipſa uidebit̄ iure inculpāda, Oēs uero laudes, oia preco
nia uirorū fortiū et uirtute preſtātiū quot quot fuerūt
futuriqꝫ ſūt ꝑ te, uel nulla erūt uel obliterabunt̄ quoniā
ex ſcia tātū et neceſſario nō āt uolūtate uirtute illuſtres

chriſyppus et philopator oia ſecūdum fatum fieri:

euaſerint, quod quidē nec Chriſyppus nec Philopator
precipui ſtoicorū, fato oīa fieri diſputātes, unq̄ auſi ſūt
aſſerere. Sed cætera cōdonētur, qđ uero tuū Ariſtotelē

Qđ Ariſt. nugatorius eſſet ſecundū Aneroē

Nugationis arguas, admodum nō ferendū, fruſtra aūt
is ineptequ per te uidebit̄ laboraſſe decē ethicorū libros
alioſqꝫ morales ſcribendo, cū phiſica atqꝫ methaphiſica
ſcripſiſſe ſufficeret, quoniā ſcđm te, q plus Ariſtotele ſa
puiſti, ſciētia de moralitate uirtuoſa oīumqꝫ uirtutum

Ariſtot. ne uerbo quidē ſupabūdaſſe.

cōſecutio ad ſpeculabiliū perceptionē neceſſario conſe
quitur. ſupfluus inq̄ ꝑ te tot librorū uoluminibus ar
guetur Ariſtoteles, qui ne uerbo quidē uno temere ſup
abundaſſe doctis exiſtimatur.

❡ Sed profecto nō ille, ſed tu magis nugatorius uel po
tius inſulſiſſimus habēdus. Qui putaueris ex eius ſcien

Alia rō et argumētū cōtra Aueroem.

tiæ cognitiōe alterius cōſequi notitiā. Cuius principia
cauſæ, paſſiones, obiecta, fineſqꝫ diuerſi, rōneſqꝫ cōſide
randi et modi ꝓcedendi omnino ſeiuncti ſint. Tātum
igit̄ abeſt, ut principia et propriæ paſſiones et notitiæ
eorū, quæ tractant̄ in ſciētia morali quæ eſt de cōtingē

tibus depẽdeant aut uirtualiter includant, in principiis speculabiliũ q̃ sũt ꝺ necessariis, siue hæc naturalia sint, siue supnaturalia siue mathematica, et ut ex taliũ cognitiõe qs bonus et moralis efficiat. Vt Aristoteles et in se primo ad Nichomachũ socratis et quorũdã aliorũ sententiã cõfutet disputãtiũ impossibile ímmoralibus sciẽtem incontinẽter agere, et secundo ad eundẽ manifeste scribat, nõ modo cæterorũ uerũ ipsorũ moraliũ sciẽtiã parũ uel nihil prodesse ad uirtutẽ et fœlicitatẽ cõsequẽdam, ínsectaturq; nõnullos suæ tẽpestatis philosophãtes tui (ut puto) perq̃ simillimos, qui pp scire et subtiliter de uirtutibus dísputare existimarent se in philosophia excellere, asserens nõ hmõi scire et exacte disputare philosophum reddere sapientẽ recteq; ualẽtẽ. Verũ secundũ morales atq; prudẽtiales traditiões uiuere et operari, operat aũt quis nõ per quãlibet scientiã immediate, quæ licet sit firma et pseuerãs, nõ tamen est domina rerũ agendarũ. Et ppterea bonitas et malitia in ea nõ cõsistit, hoc est in uniuersali, sed in pticulari, quod spectat ad prudentíam, quæ est actiua, actio autem est particularium.

Virtutẽ et pbitatẽ nõ in scientia cõsistere secũdũ Ari.

scire et subtiliter dispu tare non reddere phm.

Prudentia actiua est actio uero particularium.

¶ Et mirum quidẽ te talía non aduertisse, presertim, cũ totũ admodũ Aristotelẽ paraphrastatus fueris, considerasse certe debueras dum tertiũ de anima librũ, secundũ et sextum methaphisices eiusdẽq; numeri ad Nicomachum pcurreres. Aristotelẽ distinxisse inter habitus sciẽtificos siue speculatiuos et practicos siue prudẽtiales, nõ

speculatiua sciẽtia amorali distincta rõnecbi ectorũ et finis.

tam rõne obiectorũ q̃ finis, et alterũ ſine altero habẽtẽ diuerſum modũ cõſiderãdi, poſſe cõſiſtere, aſſeruiſſeq; ad ea, quæ ſint genere diuerſa aĩæ quoq; pticulas gene/re diuerſas accomodari. Sed nũqd et experiẽtia alios eẽ ſpeculatiuos docet et minime practicos, alios rurſus pra cticos nõ ãt ſpeculatiuos methaphiſicos neq; mathema ticos exiſtere tam etſi quæ acturi ſunt nõ ignorẽt practi ci ſed pſpicaciter intelligãt. Intellcũs.n.ſpeculatiuus ul tra cogitationẽ ſiue ſpeculationẽ ſuã non extẽdit, Verũ ſiſtit ad quæcũq; ſpeculata, uelut ad caput gorgonis me duſæ obſtupeſcẽs et factus lapideus? Practicus uero ſeu prudentialis ultra cognitionẽ et præclariſſimorũ obie/ctorũ ſuorũ pcœptionẽ ad ea cũ libuit extendit. Cuius bonũ nõ eſt ſimpliciter ueritas ſiue cognitio, Sed ueri/tas cõformiter ſe habẽs appetitui recto. Nec tantũ uult noſſe, Verũenimuero fine optimo cognito et cõcupi/to, negotiat ad illũ, cõſulẽdo, iudicãdo, eligẽdo, ſup his, quæ in ſua poteſtate ad finẽ cõſequendũ cõducũt, quo uſq; potiatur, Qui qdẽ tanto præſtat ſpeculatiuũ, quã to præſtat magnũ et optimũ hẽre atq; poſſidere theſau rũ, q̃ illũ tãtũ ſcire et intelligere, cũ eius ultima bonitas et quies ſit fruitio, quæ, ſicut nec uirtus nequaq̃ neceſſa/rio cõſequit ad ſciẽtiã, cũ ſit accidẽtale omnino ipſi uo/litiõi, neq; ſit aliqđ obiectũ đterminatiuũ intellectus ad notitiã rectitudinis, añ oẽm actũ uolũtatis. Licet.n.quã do determinata rectitudo praxis ẽ cognoſcibile neceſſa/riũ, nõ tãtũ apprehẽſio pcedat praxim (ut a noſtris ſub/

Differẽtia inter practicũ et ſpecu/latiuum.

Qui finis ſeu bonum utriuſq;.

Quo præ/ſtet practi/cus ſpecula tiuum.

Quomodo uirtus libe/re et cõtin/gẽter cõpa/retur.

tiliter disputat), sʒ et apphẽsio cõformis, Quãdo tamẽ rectitudo determinata cõuenit praxi cõtingẽter, nõ est obiectũ aliqđ determinans intellectũ ad cognitionẽ rectitudinis determinatæ, anteq̃ uolũtas uelit, Ad hoc ãt ut recte et facile, ubi opus est cõcurrat, oportet tã ipsam, q̃ appetitũ sensitiuũ assuefacere et multo more ueluti ferũ cicurare, ut p̃sto sit et cõformit̃ se hẽat, facileq; rõni rectæ obsequat̃, quæ utrũq; nata ẽ regulare, nõ tã circa necessaria q̃ cõtingẽtia, circa q̃ (ut sæpe dixi et dicẽdũ sæpius) nõ necessario pitiã et dispositionẽ negotiãdi cõsequimur. sed maxime cõtingit errare uel recte hẽre, nõ tã rõne obiectorũ et substãtiæ actus, q̃ pp circũstãtias difficulter obseruabiles, pp q̃s maxime habitus dirrectiuus est necessarius, uolũtate tñ, aliũde dirrigibili, se se determinãte, ñ tã quo ad substtãtiã actus q̃ pp ipas (ut dictũ ẽ) circũstãtias, circa q̃s cũ nõ cõcedat̃ recte negotiari nisi singula circũspiciẽdo, iudicãdo, eligẽdo, Electio ãt nõ sit recta circa cõtingẽtia, sine rõe recta, rõ recta nõ cõseq̃tur, nisi hĩtu uirtutis cõparato, nimirũ colligit̃ uirtutẽ p se necessario reqri ad recte et honeste opandum et pbandũ, Nec hoc fit necessario, nec ad sciam phisicã et methaphisicã nãlirer cõseqtur, sed morali hĩtu multoq; labore cõparat̃, pq; prudẽtialẽ habitũ hõ scđm ordinẽ naturalẽ restituitur, quẽ in Ada p̃uaricãte puertit.

Rectarõ nata ẽ utrũq; appetitũ regulare.

Habitus dirrectiuus necessarius pp circunstantias.

Virtus p se necessario requiritur ad recte operandum.

¶Neq;. n. si quo modo recte sentis, aliud p ordinem naturalem puto te intelligere, nisi cũ impfectissimã sui naturam quis fuerit restitutus, a qua sicut a fine et recta

Quid sit secundũ ordinẽ naturalem

rõne miseri mortales ab ortu seu natiuitate aberrãt et in
fœliciter uagant. Quare siquis est finis a natura homi
ni cõstitutus, quo adepto naturaliter hoc est secundum
ordinẽ et potestatẽ naturalẽ acquisito fœlicitetur, quo
nã modo? quaq; uia, quibus mediis ad hunc pducitur?
Cũ primo ab eo sit omnino remotus, nec cũ habitu p
ximo siue actu ad ipsum nascat, sed in potẽtia tantum,
per quã inq̃ dispositionẽ siue disciplinã instruitur et iu
uatur? An per phisicã et methaphisicã, quæ nihil de his
tradit? An p moralem et prudentialẽ? per hãc quidem.
Nã teste Aristotele sexto ad Nicomachũ, tractatu quar
to sapientia hmõi speculatiua et methaphisica nihil eo
rum cõtemplatur ex quibus homo fiat fœlix. nullius. n.
est generationis. Sed hoc prudẽtiæ munus est, p quam,
(nec tamen necessario uel naturaliter oĩno) in ordinẽ re
ducimur et fœlicitamur, licet. n. potẽtiæ naturaliter no
bis insint, nõ tamen p has mere naturaliter aut necessa
rio operamur et fœlices euadimus. (si sic. n.) omnes ho
mines æqualiter potentiis præditi, pariter euaderẽt fœli
ces, quod nõ contingit, quia nõ oẽs recte et cõ pruden
tia pariter utuntur potẽtiis, p quas habitus acquirunt,
nõ quidẽ necessario, sed cõtingenter et nostra uolũtate
cõtracti, ut et Aristoteles et omnis sana philosophia cõ
sentit. Secũdũ. n. ordinẽ naturalẽ humanæ naturæ est,
ut si simus rõnales, simus et arbitrio liberi, Cũ ui rõnali
necessario assistat liberũ arbitriũ, aut. n. hõ non erit rõ
nalis, aut erit liber et dominus suarũ actionũ, sup q̃bus

Quomõ et per quid se cundũ ordi nẽ naturalẽ restituamur.

Sapientia speculatiua nihil de fœlicitate cõsiderat.

Rõ fœlicitatis uel infœlicitatis humanę.

Nõ põt hõ esse rõnalis nisi sit arbitrio liber.

Nisi natura et ipsa experientia magistra semper innotu isset unumquęq; mortaliũ libere consultare, eligere atq; decernere pro arbitrio posse, nequaq̃ profecto p omnes legũlatores omniũ gentiũ et seculorũ cõsensu et appro batione, laudes et præmia recte operantibus, obprobria uero et poenæ male agẽtibus fuissent sancitæ. Cum igi tur tibi nõ obscure cõstare potuerit mortales uniuersos mediante prudentia libere a malo declinare et quod bo num est facere ac fœlicitari? Quidnam tibi cũ tua scien tia phisica uel etiã methaphisica sapientia uoluisti? eam necessario uirtutẽ cõsequi asserendo? ipsamq; tanq̃ fi/ nem et summũ bonũ philosophari incipientibus ꝓpo/ nendo? Cum re uera nõ ita res habeat. Nihil aũt a phi- losopho alienius habeat, q̃ decipi atq; decipere, q̃q; a ueritate ꝓbitateq; deerrare, aliisq; aberrãdi occasionem prebere? At is q in huiusmodi fine cõstituẽdo aberrat, in tota uita omnibusq; studiis aberret necesse est, et ꝑ/ peram semper habeat, non mõ secundũ Stoicos et Aca demicos, Tuumq; peripatericũ Aristotelẽ, uerũetiã se/ cundũ te ipsum, secundo methaphisices asserentem, ni- hil esse bonum nisi pp causam finalẽ, At nulla scientia quantũuis ꝑfectissima, finis ultimus esse põt, q̃uis tamẽ ad ipsum finẽ consequendũ possit esse proxima dispo sitio, ut est moralis, quã tamen sicut et cæteras ꝑcallere, nõ est illud optimũ er præclarissimũ, uerũ secũdũ tradi ta et in ea ꝑcepta uiuere et operari, est illud fœlicissimũ ut sæpius Aristoteles ad Nicomachũ scribẽs est testatus,

sanctiꝯe le/ gum latorꝫ et gẽtiũcõ/ sensu: lau/ des et ꝑmia recte operã tibus cõsti/ tutę.

Hoĩes libe re p prudẽ tiã a malo declinãt.

sciẽtia nõ ẽ finis philo/ sophandi.

Nihil alie/ nius a phi/ losopho q̃ decipere aut decipi.

nihil bonũ nisi pp cau sam finalẽ.

Moralis sci entia est ꝑ/ xima dispo sitio ad fœ licitatem.

Herilli decreta.

Quem quidē cum solitus fueris semper præcunctis suspicere, mirū est te eo nunc deserto maluisse Herilli decretis subscribere, quæ tamen, oēm .s. uitā politicā officiū q̄ puertentia, iam diu oībus fuerunt scholis explosa.

Rōnes pro Aueroe potiores.

At inqs, nō Herilli me, sed Aristotelis decreta seq sum arbitratus. Qui pmas sapiētiæ methaphisicæ, et decimo ad Nicomachū tribuisse uidet, et sexto absurdū uideri inqt, si Prudētia, q̄ sapientia methaphisica sit inferior, princeps hēat. Capite uero ultio libri eiusdē, prudentiā asseruit neq̄ sapiētiæ pesse, neq̄ melioris pticulæ existē.

pconia sciētię siue sapiētię methaphisicę.

Hic ergo, et pmo methaphisicæ et alibi ēt spsim tot et tāta d̄ illa (inqs) pdicauit, ut oībus oino pferēda uideat.

¶ Mōstrauit. n. eē grā sui et pp scire tātū, Ordinātē et nō ordinatā. Esse de obiectis nobilissimis atq̄ simplicissimis. Esse de causis primis et altissimis.

De principiis et pncipiatis et generaliter de omnibus, specialiter de difficillimis et a sensu remotissimis.

Deq̄ his quæ sint admiratione dignissima.

Quæ causas omnium reddat.

Quæ omnia sciat p causas primas et principia prima.

Quæ sit certissima et determinate ueridica, dicens uerū enunciatiue et probatiue.

Quæ oīum sciētiarū sit architectonica et caput habēs.

Quæ fœlicitatiua sit déiq̄ diuíæq̄ amicitiæ cōciliatiua:

Obiectionum confutatio.

¶ Sunt hæc fateor uera ppriaq̄, tū sapiētiæ, tū scientiæ methaphisicæ decora, qbus ut potissimis cū tibi applaudēdū uideat multosq̄ possint tuis dictis in errorē trahere, p studiosorū utilitate quorū gr̄a h̄ sermo mihi tecū

plixior, cupio āttētius ꝑpēdant. propiꝰ. n. inspecta ad tuā forte parū, ad Aristotelis aūt mētē peculiariter face re noscent. a quo, cū duæ architectonicæ et ueluti prin cipes fuerint nobis ꝓpositæ. Hæc .s. cuius ꝑconia sunt pauloante recēsita, et alia primo ethicorū alibiq; ēt ma gnificata, discutiēdū utra ex his (qđ ad nos attinet) præ-stantius atq; beneficētius imperiū obtineat, et quæ no bis temporariā fœlicitatē, de q̄ p̄hs intendit (duplicem .n. ꝓposuit) magis sit nata ꝓcurare, Tu quidē hāc ī su-blimibus, cœlestibus, æternisq; usq; hītātē ꝑfers, Ego ue ro eā, quæ ēt in iferioribus et humanis uersat, nobis lu-teas domos hospitātibus hactenus sū opiatus, et cæteris suadēdū putaui ad hoc augustiorē magisq; beatificā, et cultu ꝓpea maiore ulter dignā. erraui forsā. At minime ꝑuicax et rebellis sū futurus, enimueroꝑatus sū, mihi iu risdictiōe patefacta, læsæ maiestatis crimē deuitare, eāq; quā me decet, dominā deinceps agnoscere, humiliterq; reginā salutare salutandāq; ꝑdicare. Age ergo, expres-sius ista ꝑtractētur, ut uel ꝑ similitudinē ꝑcipiāt iunio-res, quā sapiētiā et fœlicitatē ꝓponas. Dic q̄ iurisdictiōe hanc ut uirtutē putes Aristotelē ꝑtulisse, uel cur tu po-tius, qđ ad nos attinet, hāc tibi et tuis maxime suspiciē dā et in pricipē beatificā exoptādā cēsueris. Aueroes. ¶ Primū qdē hācnobis ī reginā ꝯstituēdā cēsuimus qa ē grā sui, et ꝑꝑ scire tātū, et ñ mercēaria. Res. ¶ At pol, qdē hocꝑmū satis incōsulte fæcisse uidemini, eā uobis in ꝑncipē beatificā ꝯstituēdā cēsētes, q̄ sui grā sit tantū et ꝑꝑ scire, nihil āt đ uobis đq; bono et re cōi ꝓspiciat.

Duę ab aristote. archi tectonicę.

Quid ī cō trouersia et summa quę stio sit.

Tomiris. Semiramis Dido Lampedo. Lacedemonii. Atheniéses Romani.

¶ Quorũ nã institutis aut a quibus quæso nationibus talem præficere dedicistis? Hmõi ne scythæ Tomirim? Assyrii Semiramidẽ, Didonẽ Tyrii, Amazones Lampedo et Marthesiam sibi præficiendas prospexerunt? Debuerant Lacedemonii et Athenienses persæ quoq; et Romani uos immitari, tales Reges imperatoresq; eligẽdo, sic.n.res eorũ magis amplæ magnificæq; fuissent.

Aristoteles in politicis.

Nunquid tales magistratus esse oportere Aristoteles in politicis uos docuit? parum certe studiose ei aures accomodastis, et multo minus eius præceptori, Qui nõ modo principes, quibus hoc debet esse peculiare, sed unumquemq; mortaliũ docuit, nõ sibi soli natũ esse, sed partem patriã, partẽ amicos ac cæteros uendicare. Tãtoq;

Plato.

Tanto quis prestantior quãto magis boni diffusiuus.

præstantiorẽ esse quẽq;, quanto instar dei benedicti boni sui sit magis diffusiuus. Quoniam deus (ut in ueteri Adagio) est mortali, nõ sui tantũ gratia esse et scire, sed benefacere et iuuare mortalẽ. Quare ne deus quidẽ ipse mihi fuerit deus, nisi preter scire et sapere summe bonus existẽs, omne bonũ, quod ĩ me est, supra me et infra, ꝑ fluat semper, omnibusq; creaturis pro dignitate et cõditione sibi placita dispenset. Quẽ minime cessantẽ et de bono uniuersi indesinenter atq; inenarrabiliter prouidentẽ dum admiror, nõ minus propterea maiestate mihi tremendus existimat̃, si nõ modo cœlos atq; intelligentias, uerũetiam terrã et iumẽta lombricosq; etiã uiuificat, Cuius quidẽ Typũ nõ tua sciẽtia, ut uidet̃, sed nostra gerit princeps prudẽtia, quæ nõ tãtũ sapit, Verum

Deus est mortali iuuare mortalem.

Deus fons sis bonitatis.

Dei Typũ gerit prudentia.

secũdũ præstantissimã scientiã, summa infima mediaq́ disponẽs, omnibus prospicit et pro cõditione meritisq́ dispensat. Quæ sicuti non aliã mercedẽ de beneficentia sua exigit, nisi bonũ ipsum et bene esse cũctorũ, ita nec suam delegatã atq́ tabellariam, quæ gratis speculandi a se officiũ sumpsit, ullã uult aliam mercedẽ consequi, q̃ propriũ gaudiũ sciendi atq́ speculandi, qua nulla quodãmodo maior et dignior illi impertiri potuit. Aueroes.

¶ At hanc ipsam nõ legatã neq́ tabellariã esse dixit Aristoteles, sed Architectam scientiarum, et cunctis imperantem, ordinantemq́ et minime ordinatã. Respõsio. Architectonica scientiarum.

¶ Dixit quidẽ et uere dixit, sed speculatiue tantũ, speculabiliũq́ respectu, sup quibus habet a regina prudentia delegatam iurisdictionẽ, non aũt practice, quod ad uniuersalissimũ atq́ latissimũ prudentiæ spectat imperiũ, Cui et hæc ipsa tua architectonica (teste Aristotele) p̄stat obsequiũ, præcipienti.n.ut hoc uel illud nunciet et speculet̃ et inquirat, ad talẽ finẽ taliq́ mõ ac tpe, mãdata minime, ut fidelis Chiliarcha transgredit̃, nec fas est, alias.n parũ fœliciter illi succederet. Tãto igit̃ prudentia hanc añtecedit, q̃to impans excellit obsequẽtẽ. Auer. Chiliarcha

¶ At hoc sui, hoc est ipsius nostræ sapiẽtiæ gratia dixit Aristoteles facere prudentiam. Responsio.

¶ Et tanto quidẽ minoris æstimandã indicauit. Quanti.n.ea est censenda? Quæ spes nostra in ea reponenda quæ nec sibi ipsi nata sit p̄spicere. Nec quid facto opus sit uidere sine huius numine? quanti rursus faciendam

prudentiā docuit, sine qua nec ipsa sapiētia in arcē pcla rissimarū speculationū cōscēderet, neqꝫ, in eius posses/sione diu pseueraret, nec ullæ bonæ artes et ingenuæ di sciplinæ usum sui cōducibilē pstarent, nec suū bonū et finē uniuersaliter sortirent et cōicarēt extrisecū saltē, nā intrinsecū unaqꝙ uiritim pcurat, circa quē nō se intro miscet quidē ulis Prudētia, nec qcq̄ impat, pp qđ di/xit Aristoteles, absurdū uideri, si horū respectu Pruden tia, quæ sit inferior Sapiētia, priceps bēat, et impet. s. in sciēdi et speculādi artificio, et circa itrinseca sui subiecti ad q̄ nō se extēdit, sed tantū ad extrinsecā et uniuersalē bonitatē, quā in oibus exigit et ordinat uniuersalis pru dētia, in uanū alias et impnicīē sæpæ laboraturis, siue sa cris, siue pfanis, siue pusillis siue maioribus, oibus ope et puidētia Prudētiæ idigētibus, nullius ipsa tamē opis indiga ad sua munia exequēda, nullius impio subiecta, minie tamē ab hoc supbiēs, sed mitis et humilis corde, instar Samaritani infirmaquæqꝫ et humiliora subleuat et dirrigit e timidis fortes, ex iniustis iustos, ex intēpatis modestos, ex isanis sanos reddēs. Et nō mō ægrotis suc currēs, et uulneratis medēs, uerū et mortuos suscitās et e belluis et lyphaticis in ueros hoies atqꝫ ēt angelos trās figurās. Quæ ura nō opat sapiētia cū his tamē huma nū genus maxime indigēs dignificet maxie. Aueroes.

confutatur Aristo. au/thoritas.

Circa intri seca sciarū nō se intro miscet uni/uersalis pru dentia.

Omnes ar/tes et sciȩ i/digent pru dentiȩ auxi lio ipsa nul lius.

¶ Fateor qdē nec mortuorū neq belluarū nostrā sapiē tiā curā hēre, Nec.n. terrena et corruptibilia cogitat, (ui lesceret.n.) uerū sublimia æterna, admirabilia speculat,

et circa simplicissima et abstractissima uersat. Et ppea dignissima atq honoratissima censenda. Responsio. ¶Magno qdē honore et ueneratiōe dignā semp sum arbitratus et etiānū arbitror, nō tamē pp hoc et alia ad nos ptinētia maxio, Tū qa ꝗ nobis (ut tu quoq fassus es) parū curat, tū qa nō suis ista gerit auspiciis, sed Prudētiæ, a q̄ sup his hēt, etsi honoratissimā, nō tñ amplissimā legationē. Cuius qdē rei nobis argumento fuerit qꝺ nullā pōt ipsa, nec nouit ex his utilitatē imptiri, cū extra uniuersalitatē, eius puinciæ iurisdictio nō extēdat, nec ad pticularia descēdat, Quorū oim ius et ditionē sibi reseruauit prudētia iqbus rerū momēta ɔsistūt, quorū qdē imptitiōe miseris mortalibus benignissime succurrit, Ad q̄ nisi p praxim deueniat. Cuius q̄so momēti æternorū atq admirabiliū cognitio? cuius pensi nobilitas et præstantia mihi nihil profutura? An igitur ista tam præclara frustra? nequaq̄, hoc ipsum .s. procurante Prudentia. Quæ sicut ex aliis, ita ex his p suo gradu p̄clarissima fere oium emolumēta pspicit mortalibus in his tenebris et umbra mortis degentibus. Patefacta. n. p hāc et cæteras suas legatas et secretarias, rerū naturaliū atq supnāliū ordine, totiusq uniuersi nā et cōditōe idicata, docet et mōstrat ab hoc hospicio tenebroso et miseriarū ualle, ad patriā et domū decoris cōuerti. Atq a terrenis ad cælestia, ab infimis ad sublimia, a uisibilibus ad inuisibilia conscendere, et usq ad inuisibilis mūdi regnū puenire ut ibi ciues et domestici ꝺi æternū habitēt. Hoc igit totum debemus Prudētiæ, sine cuius

Methaphisica nō extra uniuersalia extenditur.

prudētia circa particularia.

prudentia utilitatē pcurat.

Ad domū decoris cūuerti.

auxilio, nō mō ad immortalitatē aspirare, uerū ne mortalitatē quidē sustentare facile nosceremus. Aueroes. ℂ At hoc saltē hēt sapiētia nostra peculiare, qđ ē ueridica et mēdatiorū redargutiua dicēs uerū enūtiatiue, et ꝓbatiue, singulorū causas reddēs ꝑ causas primas et principia pria, oīa denīq; sciēs. Resp. ℂ At me hercle, qūo circa hæc peculiariter habeat mihi dubitabile ualde, cū, si absit prudētia, perspiciā eam esse posse malitiæ cōtubernalē atq; improbitati comunicatiuā, quod ubi fit, erroris nebula et quadā ueluti calligine sese circūfundente, nihil ueri nihil boni datur agnoscere. Et ꝑfecto qualis sit magistra profectus discipulorū quodāmodo arguit, quos parū modeste parumq; sapienter plerunq; habentes, minime redarguit nec emendat, usq; adeo sinēs plerosq; ineptire, ut non mō honestioribus uerūetiā idiotis et mechanicis deridiculi habeantur, et insipiētiæ potius, q̄ sapiētiæ studere iudicentur. Tu uero inquis, magistra nostra omnia nouit, causas omniū reddit. Edoce quē unq̄ discipulorū uere scientē reddiderit, nō dico illorum sublimiū, admirabiliū, et a sensu remotissimorū, Sed uel unius ultimæ differētiæ rei ī oculis positæ et ante pedes proiectæ, non ostendes. Qualia igitur arbitremur de cœlestibus et sublimibus eos nūtiare, q de manifestissimis quodammodo in hac natura inferiori, nihil norint certitudinis afferre? Qui circa tenebricosas et incōstātissimas opiniōes ꝑtinaciter et hostiliter plerunq; disceptantes, nō mō nihil exploratū nihil bonæ frugis,

afferrunt

pōt esse sapientia methaphisica malitię contubernalis.

q̄lis sit magister discipulorū profectus ostendit.

Insipiētię potiusq̄ sapientię discipuli.

Vna ultima differentia non scitur.

afferunt, sed multum erroris et scandali sa pe dissemi- nant. Quod cum nostrā nō lateret prudentiā illos ab ineptiis et uanis inutilibusq; conata uel pœnis sæpius auertere, parūq; in obstinatis plerūq; et ad mortē usq; peruicacibus proficiens, modestiores et ad meliora na- tos iussit ab uniuersalissimis et incertis. Et his quæ pa- rum ad nos, ad particularia et quæ in nostra potestate, descendere et utilius negotiari, quorū et si nō est scien- tia, est tamen sensus et experientia omni quodāmodo sciētia potior, Tametsi propter cōtingentiū, circa quæ cōsulit, incertitudinē et assiduā intrinsecus atq; extrin secus pugnā, nō parū subeat difficultatis multoq; ma- gis q̄, difficiliū intellectio sit, Fortiter tamē certādo et prudenter ratiocinando diuinitusq; coniectando, et ui ctoriam reportat, et de incertis certa et magna pronosti catur. Ideoq; species uaticinii et diuinitatis apud uete- res habita, priscorumq; uatum et prudentū ob hoc ma ximus honor fuit et diuinitas, famigeratiq; ppea, non tam Melāpus, Tyresias, et Amphiaraus, q̄ Moises, The seus, Pericles, Solō, Lycurgus, Themistocles, Romulus Numma Pompilius, aliiq; multi bona atq; præclarissi- ma facinora gentibus operati. Quamuis igitur pruden tia prudentiæq; sectatores circa difficilia et aliquomo- do incerta uersari uideantur, ex huiusmodi tamē suis at duis et incertis certa bona humano generi uerissimāq; proferunt fœlicitatem. Aueroes.

Multū erro ris et scan- dali.

Ad mortē usq; perui- caces.

Particula- riū est sen- sus et expe rientia.

Difficilis.

species uati cinii in pru dentibus.

Ex incertis certa et edi i ficilibusfœ licia.

¶ At qui non prudentes Aristoteles fœlices, nec prudē-

tiam beatificam dixisse uidetur, uerum sapientiã, caput uidelicet scientiarũ, principia principalissima et causas omnium entium cõsiderantẽ. Quæ sit de obiectis nobilissimis atq; excellẽtissimis. De deo, de intelligẽtiis cæterisq; in natura et sup naturam dignissimis. Respõ.

Methaphisica caput hũis ẽ de iis quę in natura et super naturam dignissima.

¶Hoc quidẽ nobis præcũctis, qũo habeat diligentius indagãdũ. Hic.n. totius cõtrouersiæ nostræ reiq; philosophicæ momẽta uersant. Vt noscamus ubi fructus studiorũ nostrorũ, Vbi uigiliarũ præcipua merces intẽta cõsistat. Et quid nobis eã tanq̃ uirgulã diuinã Aureumq; ramũ præstet decerpere. Tu quidẽ per sciam siue methaphisicã sapientiã nos ais beatitudinẽ cõsequi, nõ quidẽ politicã et quodãmõ uulgarẽ, Quæ sit status ex optatissimus, quẽ in uita actiua qs uelit ac possit hẽre. Sed summã illã et raram solisq; pheniceis philosophis cõspicabilẽ, quæ sarcinulis nõ sit suffarcinata multiiugis. Sed bonũ simplex existẽs, omniũ bonorũ simpliciũ nobis naturaliter cõparabiliũ, sit præstantissima. Quã Aristoteles in decimo ad Nicomachũ speculationẽ appellauit. Qũo ergo hanc accœperis discutiamus ppendamusq; an tua positio cũ dictis et mẽte Aristotelis cõcordet, cuius te secretarium præcipuum putauisti. Tu quidem igitur huiusmodi speculationẽ beatificam sic accipis, ut sit mẽtis speculatiuæ simpliciter operatio, ab intellectuali uirtute præcise deprompta. Et hoc Aristotelem sensisse credidisti, cum tamen hoc eius dictis mentiq; repugnet. Quod ostendo. Bonũ hominis summũ est secundũ Aristotelẽ maxime honorabilissimũ et di/

Hic cõtrouersię momenta.

Vbi studiorũ fructus.

Virgula diuina.

Quę fœlicitas actiua.

Quę speculatiua beatitudo.

Quomodo Aueroes acceperit fœlicitatẽ cõsistere in cõtẽplatiõe et qũo errauerit.

uinum, Secũdũ te minima honorabilitate dignũ inue
nitur, ergo illi cõtradicis, Probat, per te beatitudo ſum
ma ſiue ſpeculatio eſt ſimpliciter actus ſapientialis me/
thaphiſicus ſeu mẽtis ſpeculatiuæ, ergo pure naturalis,
patet, Ille actus eſt pure et ſimpliciter naturalis, qui pu/
re naturaliter a ſua potentia procedit, ſed quæ ſimplici
ter ſpeculatio eſt huiuſmodi, nam ſicut uiſio oculo, ita
naturalis intellectui intellectio ſiue ſpeculatio pure igit
naturalis, ſi pure nãlis, ergo minima honorabilitate di/
gna, ab his.n.q̃ naturalia ſunt neq; laudãdi ſumus neq;
uitupandi. At quã poſuit Ariſtoteles bonũ honorabi/
liſſimũ prædicatur. Aliã igitur te, Aliã ipſum colligitur
ſenſiſſe et poſuiſſe beatificã ſpeculationem. Et te quidẽ
abiectam et ingloriam, illum uero honoratiſſimã atq;
deificam, quã quidẽ conſtat nõ ſimpliciter eſſe θεωρίαν
ſed εὐπραξίαν, Nec ad itellectũ ſimpliciter ſpeculatiuũ
nec ad methaphiſicã ſapiẽtiã ptinere, ſed ad practicã et
prudẽtialem. Et mirum quidem eſt te adeo ſpeculatio
ne captum fuiſſe, ut iſta doctore Ariſtotele non paulũ
animaduerteris. Nil mirum tamẽ, Ois.n.malus hoc eſt
imprudens ignorans, Nec tum de aliis tũ de fœlicitate
potens ullo modo recte iudicare neq; iudicata atq; mõ
ſtrata perpendere aut meminiſſe, Mõſtrauit certe, at te
fruſtra docuit Ariſtoteles, Et primo methaphiſicæ et
ſexto ethicorũ ſapiẽtiam tuam mentemq; ſpeculatricẽ
de fœlicitate nihil dicere, ſed ſcire tãtũ et uerum fari in/
tendere, nec extra genus cognitionis ad ullam aliã cogi

Fœlicitas deifica ab Ariſtotele.

Fœlicitas non ſimpliciter theo// ria ſed eu// praxia.

Ois malus .i. impru// dens igno/ rans.

Methaphiſica ſiue ſpe/ culatiua nihil de immi tabili.

tationẽ ſeſe extẽdere, Nihil ut tertio de anima patet de imitabili dicere, nihil de euitabili, nihil mouere, nihil foris aggredi. In qua cũ tu ſpem omnem tuæ beatitudinis repoſueris multiſq; reponẽdam perſuaſeris, Claret quidem, quam tu unq̃ conſequi potueris, quamq; qui tibi intenderunt fuerint conſecuturi. ¶ Ad quã igitur mentẽ ſiue potentiam, ſi non ad ſpeculatiuam beatifica pertinet ſpeculatio? Ad eam quam nono methaphiſicæ et tertio de aĩa nos docuit Ariſtoteles. Quæ nec eſt intellectus ſolum nec tantum appetitus, ſed potẽtia indeterminata ualens ad oppoſita, neq; in actum exiẽs niſi determinetur p ꝓereſim. Cuius diſpoſitio ad Prudentiã ſpectat, Quæ ad fœlicitatem et ad media ad beatitudinem perueniendi merum et mixtum tenet imperium. Cuius rõne nõ cæteris modo ſed ipſi quoq; tuæ imperitat ſapiẽtiæ. Cui nullus admodũ ſine opera eius ad ueram beatitudinẽ præſtat̃ acceſſus. Sicut aũt in his ei ſuo bono principatur, ita in reliquis honoratiſſimæ illius nõ derogat iuriſdictioni. Nec. n. habitus habitui nec mens practica menti ſpeculatiuæ præcipit modum ſciendi aut ſpeculandi dictitando. In his. n. methaphiſica principatur ſapiẽtia et ſuũ ſeruat imperium. Diciturq; propterea ab Ariſtotele melioris particulæ exiſtere, Caput habere et architectonicã ſubire rationẽ. Verũ ad hoc ei Prudẽtia imperat ne inaniter aut infœliciter, ſed ad beatitudinẽ ſpeculetur. Quam illi, conſulendo, iudicando et ſapienter præcipiẽdo, cæteriſq; procurat,

Potẽtia indeterminata.

Prudentia precipit ſapientię methaphiſicę ad fœlicitatem.

Dans operam, ut tam superior q̃ inferior portio perfi/ciatur, et uita nõ minus contẽplatiua, q̃ actiua cõsuma tissima reddatur. Versaturq; propterea tã circa uniuer/salia quam particularia, tam necessaria q̃ contingentia, et tam speculabilia q̃ agibilia perlustrat, ut. s. bona quæ dam sunt et eligibilia et ad optimã praxim fœliciter de ducenda. Quare et circa eadem obiecta, circa quæ et sa pientia methaphisica negotiat̃, sed longe meliori et fœ/litiori modo. Nec. n. ut intelligibilia et ut entia sunt tã tum. Sed ut quam dignationẽ quæq; mereãtur perpẽ/dat, et dictet singula debito caltu prosequenda.

Prudentia circa eadem obiecta uer satur quę et methaphisi ca sed nobi ilori modo

¶ Imprimis uero deũ benedictũ in solio maiestatis suæ residentem atq; intelligentiarũ choris circunseptum (si tamen is, cuius immensi et incircũscripti, circumferẽtia nusq̃ et centrum ubiq; est, circũsepiri põt,) ubiq; præ sentem summe diligit, et ut summũ bonũ, omnibus di/ctat uenerandum summeq; colendũ. Tum alia post il/lum eius bonitatem participantia, pro gradu et condi/tiõe quæq; sua, utendis uti dictans fruendisq; sapidissi/me perfrui sine cuius quidem numine nõ mõ metha/phisica tua et scientiarũ aliæ, sed omnia quodammodo uana homini et frustratoria iacerent, finem debitũ mi nime sortitura. Quare quod putas sapientẽ hoc est me thaphisicũ appellari fœlicem, methaphisicamq; beatifi/cam scientiam dici, longe quidem falleris nec dicta Ari stotelis, ut uidetur, solerter perpendisse depræhenderis, qui sapientem pro prudente in summo et sapiẽtiã pro

Deus cen/trum cuius circũferen/tia nusq̃.

Sine pru/dentia oĩa quodãmo/do uana.

Aristo. sa/pientẽ pro prudẽte in summo.

Prudentia excellenti noscitur accepisse. Quod quidem eius uerba nõ obscure manifestant. Nã fœlicitatẽ describẽs in decimo eẽ opationẽ pstabilissimæ, quæ in nobis uirtutis, et circa ea quæ pstabilissima sunt uersari, hmõi quidẽ uirtutẽ dominari asseruit, impare atq; aiaduersionẽ hẽre, Quæ tria actui prudẽtiæ nõ aũt sapientiæ methaphisicæ hitui congruere noscunt, p aiaduersionẽ. n. intelligẽtiã sensit, p dominatũ aũt appetitũ itellectiuũ seu ipsam uolũtatẽ in regno aiæ dominãtẽ, p principari uero siue impare mẽtẽ practicã itellexit et p cõsequẽs prudẽtiã mẽti practicæ actu impantẽ. Quæ quidẽ mẽs speculatiua, licet ad fœlicitatẽ, quã summã sensit Aristoteles accedat, nõ p se tñ sed opa prudẽtiæ cõcurrit, cuius prouidẽtia aia principaliter fœlicitat, Deoq; benedicto pfruit eiq; fit gratus et amicus, illũ honorãdo eiq; retribuendo taleq; uitã diligẽdo, q̃ sit secũdũ intellectũ optimæq; uirtutis operationẽ p prudẽtiã beatificatam.

Probat Aristotelẽ sensisse de prudẽtia.

Methaphisica non p se cõcurrit ad fœlicitatẽ.

Quã sapiẽtiæ nomẽ, ut plurimũ cõsequi, sicut et prudẽtẽ sapiẽtis nomẽclaturam habere, nõ modo apud Aristotelẽ sed eminentissimũ quemq; scriptorẽ est frequẽtius inuenire, atq; animaduertere Prudentissimũ quẽq; uirtuteq; præstantissimũ sapientẽ ab authoribus appellari. Sicut a Ptolomeo in Almagesti præfatione. Cum sapiens astris dominaturus dicitur, prudentialis significari noscit, qui .s. Prudẽtia ipsa uirtutibusq; munitus, nouerit ac possit affectuũ irritamenta secundũ rectã rationem cohibere, et perniciosas inclinationes per astro-

Scriptores nomine sapientię et sapientis prudentiã intelligere et prudentem

Quomodo sapiẽs astris dominet.

rum influuia ingestas fortitur superare. Qua ratiōe et Socrates non hominum modo græciæq; totius uerum Apollinis quoq; suffragio, omniū mortaliū sapientissimus habitus et dictus. Nō quod phisicā aut methaphisicā apprime ꝑcalleret, quas cōtēnens, nihil ad nos ꝑtinere asserebat, uerū q̄a tēperātia cōstātia atq; Prudētia fulgeret. Quē cū natura ipsa et sidera quoq; ad uicia q̄ plurima pronū finxissent, eumq; in cōuētu et corona Zopyrus Metoposcopus peritissimus fuisset ītuitus, asseruissetq; eum multis malis facinoribus esse delibutū, omnibus tamē nō modo carere est cognitus, Verū cōtrariis his uirtutibus abundare ꝓspectus. Exēplū quidē et documentū oībus seculis memorabile oībusq; mortalibus factus, ut noscerent malignos q̄tūuis stellarū influxus efferasq; cōplexiones uolūtate ipsa uirtutibus morigerata infringi posse et superari. Quæ adeo libera est, ut non modo potentiis inferioribus atq; corporeis, sed cuicunq; actui seu rectæ seu peruersæ rationis assentiri uel dissentire ac domiari ualeat, et animā in quæcunq; libuerit et decreuerit indulgentissimo dei munere ꝑmutare. Cur Vlissis et septē fere sapiētia celebrat̄? Quē sensit Plato nisi prudentialē, cū beatas dixit fore ciuitates, si uel studiosi sapientiæ regerent, uel earum rectores sapientiæ studere contigisset?

Et cū alibi solos, quod desiderant ait posse facere sapiētes, improbos uero exercere quidem quod libeat, quod uero desiderant exercere non posse.

Cur Socrates sapiens dictus.

Zopyrus metoposcopus.

Socrates exēplū memorabile.

Vt naturalia motu ita anima uoluntate mutatur.

Plato.

Improbi quod desiderant exercere non possunt.

¶ Non aliam profecto, quam de qua loquor Solomō
Solomon. uel Philo cunctis opibus præciosiorem prædicauit, et omnia quæ possidentur ei non posse cōparari, quā sedibus et regnis se pponere asseruit, et diuitias nihil esse duxit præ cōparatiōe ipsius, sed tanq̄ lutū et arenā exiguam reputauit, quoniam sole speciosior nosceretur et sup omnē dispositionē stellarū, luci cōparata inueniretur prior, quam in maliuolā animā introiturā negauit.
Epla. xvi. Nō aliter Seneca ad lucillū scribēs est locutus, cū dixit liq̄re, hoc scio neminē posse bn̄ uiuere, sed nec tollerabil'r sine studio sapiētiæ, et beatā uitā pfcā sapia effici.
Audiamus quoq; nostros, quam et hi dicant sapientiā et quos sapientes appellent, Augustinūq; imprimis.

Augustinus in libro de libero arbitrio. Augustinus. Non putes esse sapientiam nisi ueritatem, in qua tenetur et cernitur summum bonū, Nullo loco est, et nusq̄ deest, foris admonet intus docet dementes, in se omnes in melius cōmutat, a nullo in deterius cōmutat, Nullus de illa iudicat, nullus sine illa bene iudicat. Et rursus, Maior et miserabilior egestas nō est,
De uita beata q̄ egere sapientia, Et qui nō eget sapiētia nulla re omnino egere potest. Est ergo animi egestas nihil aliud, quam stultitia.

Hieronymus contra Iouinianū. Hieronymus, Sapiens nunq̄ solus esse pōt. Habet secū omnes qui sunt et qui fuerunt bonos. Et animū liberum quocunq; uult transfert, et quod corpore nō potest cogitatiōe complectitur, et ubi hominum inopia fuerit, loquitur cum deo.

Ambrosius.

Ambrosius. Sapiens nõ metu frangitur, Nec potestate mutatur, nõ attollitur prosperis, non tristibus mergit Vbi.n. sapientia, ibi Virtus animi, ibi cõstantia et fortitudo. Sapiens semper idem est, non minuitur non augetur rerum mutationibus. Ambrosius in epistola ad simplicianum.

Gregorius.

Ⅽ Ad ueram sapientiam peruenire non possunt, qui suæ sapientiæ fidutia decipiuntur. Huius mundi sapiẽtia est cor machinatiõibus tegere, sensum uerbis uelare Quæ falsa sunt uera ostendere. Quæ uera sunt falsa demonstrare. Gregorius libro moraliũ nono et libro decimo.

Lactãtius firmianus.

ⅭNon posse eundem stultum esse ac iustum, et eundẽ sapientem et iniustum docet ipsa ratio. Qui.n. stultus est, quid sit bonum ac iustum nescit et ideo peccat semper. Ducitur.n. quasi captiuus a uitiis nec resistere ullo mõ põt, quia caret uirtute, quã nescit. Iustus aũt ab omni peccato se abstinet, quod aliter facere nõ põt, q̃ si habeat praui rectiq; notitiam. Rectum autem a prauo discernere quis potest nisi sapiens. Lactantius libro qnto diuinarũ institutionũ.

Aueroes.

At impius piorum et fidelium testimonia non admittit. Respõ. Quid mihi an admittas. Nec.n. hæc profero, ut doceam aut ut te cõuertã iamdiu perditũ et deprauata cõsuetudine prauæq; dispositionis ignorantia conclamatum. Sed ideo ut ostendam tam illustres scriptores, sicut et Aristotelem, non accipere sapientiã sapiẽtesq; dicere, ut tu perperã maxime in Aristotele credidisti et scribẽdũ et suadendũ in perniciẽ humani generis et omnis ueræ sapientiæ deprauationẽ proposuisti. Sed Impii testimonia piorum nõ admittunt.

Prudentiã omnibus uirtutibus circũamictã nomẽ Sa-pientiæ sortiri, et sapientes eos uniuersaliter nũcupari, q̃ non tã scientia q̃ Prudentia et cæteris uirtutibus fuerit cõspicui. Qui authores, quos in hac cã ad allegandũ ꝓ ueritate et meis iuribus aduocaui siquid obiter dixerint, quod memorabile sit, et nõ tã ore q̃ corde semꝑ habendũ, boni cõsulãt iuniores nondũ Auerois sordibus aut aliorũ deprauati, sed nati et educati ad ꝓbitatẽ et uerã sapientiã. Aueroi aũt dicat uel Epicurus qũo et ipse sapientiã et sapientẽ acceperit, dicant et aliquot poetæ.

Prudentia sapiẽtię nomen sortit.

Nõ tã ore q̃ corde sẽper habẽdũ

Epicurus. ¶ Sapiẽs semꝑ beatus est, finitas hẽt cupiditates. Negligit mortẽ, de diis immortalibus sine ullo metu uere sentit. Nõ dubitat si ita melius sit migrare de uita. His rebus instructus, semꝑ est in uoluptate, neq̃. n. tp̃s, quo nõ plus habeat uoluptatũ q̃ dolorũ, nã et præterita grate meminit, et præsentibus ita potitur, ut animaduertat quanta sint ea, q̃q̃ iocunda, etc̃.

Apud Ciceronem primo definibus.

Virgilius. Vir bonus et prudens: qualẽ uix reperit unũ.
Millibus e cunctis sapiens, consultus Apollo:
Iudex ipse sui totum se explorat adunguem.
Quid proceres, uaniq̃ leuis quid opinio uulgi
Securus, mundi instar habens teres atq̃ rotundus,
Externi nequid labis per leuia sidat.

Virgilius ĩ opusculis.

Horatius. ¶ Quis nã igit̃ liber? Sapiẽs, sibi q̃ impiosus.
Quem neq̃ paupertas, neq̃ mors, neq̃ uincula terrẽt.
Responsare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, et in seipso totus teres atq̃ rotundus

Horatius libro secũdo sermonum satyra. 7.

Externi nequid ualeat per leue morari.
Inquem manca ruit semper fortuna.
Iuuenalis. Plurima fœlix.
Paulatim uitia atq; errores expulit omnes
Prima docens rectum sapientia. Quã Aphranius
Sic loquentem in togata cui sellæ nomen introduxit
Vsus me genuit, mater peperit memoria.
Sophian uocant me graii. Vos sapientiam
Pacuuius quoq;. Ego odi homines ignaua opa et philosophica sentẽtia. Poetatũ inquis testimonia philosopho admodũ indigna, Epicuri uero inconstantia omnibus admodum libris a Mar. T. derisa est atq; reiecta. At ab Aristotele et Platone poetæ sæpe citãt. Epicurus aũt nõ oino nec ĩ oĩbus improbat sed ipm. M. Tulliũ oratorum maximum et philosophorum censorẽ hanc partem perorantem audiamus. Marcus Tullius.

Iuuenalis satyra. 13.

Vide Aulũ geliũ decimo tertio noctiũ atticarũ cap. octauo.

¶Sapiẽtia una est, quæ mœstitiã pollat ex animis, q̃ nos exhorrescere metu nõ sinat q̃ pceptrice in trãquillitate uiui põt oium cupiditatũ ardore restincto. Et rursus in Tusculanis. ¶Ergo is quisquis est, qui moderatione et constantia polleat, quietus animo est sibiq; ipse placatus. Vt neq; tabescat molestiis neq; frangat timore nec scienter quid appetens ardeat desiderio, Nec alacritate futili gestiẽs deliquescat, is est sapiens, quem quærimus, is est beatus. Cui nihil humanarum rerum aut intollerabile ad demittendum animum aut nimis lætabile ad effetendum uideri potest. Quid aũt uideatur ei magnũ in

Cicero primo de finibus bonorum et malorum

Cicero q̃rta tusculana questiõe

rebus humanis cui æternitas omnis totiusq; mundi sit nota magnitudo? Et in libro de amicitia.

In libro de amicitia.

Sapiens est ille, qui omnia sua in se posita esse ducit, humanosq; casus uirtute inferiores putat.

¶ Sic quidē de sapientia atq; sapiēte nō mō philosophi sed omniū disciplinarū clarissimi quiq; scriptores sunt locuti talemq; accepisse atq; sensisse noscunt̃. Visum scilicet uitæ Prudentiā Virtutēq; præcipue perpendentes sciētiā parū. In qua cū Aueroes summā hominis perfectionē posuerit et ad eam omnē Virtutē necessario se qui suadere laborauerit, patet quidē qūo eius tenebræ ad horum fulgorē se habeant potissimūq; ad Aristotelem, ad cuius mentē et doctrinā se locutū credidit, cum nihil dici alienius aut sentiri potuerit, magisq; ueritati ac dictis Aristotelis repugnans, Secundū quem nō ad scientiā, quæ potest cū nequitia cōsistere uerū ad Prudentiā necessario sequatur uirtutū omniū plenitudo. Vt bene sequatur, summe Prudens quispiā est, ergo uirtute præstans et fœlix utraq; fœlicitate, quod de simpliciter sciēte nō potest cōcludi. Ad quē nec beatifica speculatio necessario sequit̃, nec uirtus et probitas scientiæ admodū cuiuslibet finis, scribente Aristotele ad Nicomachum nos ideo speculari, nō ut sciamus uerū ut boni efficiamur et fœlicitemur deniq; pfectissime operantes, cū parui sit cognitio, nisi actio proba subsequat̃.

Epilogus dictorū cōtra Aueroē

Nō ad sciētiam sed ad Prudētiam sequit̃ uirtutum plenitudo.

Probitas scientię finis.

Parui cognitio nisi actio proba subsequat̃.

¶ Et hæc quidē oportuit exactius cū Aueroe discutere eaq; copiosius atq; euidentius cōfutare, stātibus .n. eius

tenebris et mentes studiosorũ,(qui illũ aliquid sapuisse credunt,)occupantibus,nõ põt uirtutis splendor elucescere,nec uia ad ueritatẽ apparere. Et eo quidem magis in his fuit immorandũ. Quod reiecta et cõfutata Auerrois insitia, eum quoq; magna ex parte cõfutauerimus, qui instinctu uel potius Aueroistica peste afflatus,auspiciis nostris aggressus est obnũtiare,atq; de diuinis blasfemans suã insipientiã planius ostendit,q̃ sapientiã, ad quã temere et insipienter nimis,proprio acumine, nullo aũt diuino lumine, nulla uirtute præuia peruenire posse temere enunciauit. Ad hunc igitur paulũ me cõuertam,nõ tam quidẽ arguendi et obiurgandi,q̃ diluendi et ueritatem asserendi gratia,simul et quod præcipue intendo et de uirtute sum pollicitus planius adhuc pateat absq; eius opa in philosophum et uere sapiẽtẽ euadere posse neminẽ,nec qui euaserit pseueraturũ, Omnemq; malũ ignorantẽ esse,non tantũ in ciuilibus actionibus, uerũ et in bonarũ litterarũ disciplinis, Primum aũt uideamus,qũo hic obnũtiator noster, philosophi nomẽ asserat sibi cũ sua speculatione et cæteris.

Cur longior contra Aueroẽ fuerit sermo.

Obnunciatoris redargutio.

Expositõ d̃ inceps dicẽdorum.

Omnẽ malum ignorãtem esse.

¶In una quidẽ quaq; arte et disciplina, Ille iure et cõuenienter titulũ et nomen magistri sibi uendicare noscit, et artifex in ea merito appellatur,q ea recte nouit et plene exequitur,q̃ peculiariter ad disciplinã propriã et suũ artificiũ spectant. Quod si cõtra quis hẽre noscat,non cõuenienter nomẽ ab artificio,quod ignorat aut quod non ut decet perperãq; exercet, assequitur. Vt siquis in

Quę conditio cuiusq; artificis.

Cerdonica sit impitus, nec ut oportet operet, cerdo nõ habetur. Nec aurifaber, qui circa aurũ fabrefaciendũ nõ bene et decenter se habet, appellatur. Quem ergo et nos simpliciter philosophum iure appellandum censeamus? Nũquid eum, qui circa subiectum suum et ea quæ ad philosophicũ pertinẽt artificium scienter et ut decet tantũ artificem et magistrum debite habuerit? haud dubie quidẽ. Videamus igitur quæ nosse et circa quæ uersari debet philosophus. Hoc quidẽ nos docebit Aristoteles, qui duplex eius subiectũ proposuisse uidetur, agibile. s. et proprie speculabile, quorũ alterũ entiũ causas, et modũ essendi rerũ, modũq; sciendi cõtinet, alterũ uero uiuendi ordinẽ et operandi modũ. Qui igitur circa horum alterũ inscienter nec ut debet habuerit, is ne simpliciter dicendus sapiẽs, aut philosophus? Nõ uidetur quidẽ, Sed q utrũq; adimpleuerit. Tu uero, q philosophiã uel etiã sapientiam in sciendo et speculando hẽri sentis, qualẽ te phũm aut sapientẽ ostendis? Non integrũ quidem, cũ alterã et meliorẽ quidẽ partẽ posthabuisse noscaris, At inqs nõ unius sʒ triplicis philosophiæ cognitione philosophiã et sapientiã cõparari dixi, quarũ una est practicæ philosophiæ notitia, hanc igit̃ me scire assero et pulchre nosse, ergo sapiens et phs. Atqui non in nouisse hæc de qua loquor cõstat. Sed in secundũ eã ẽe operatũ fuisse. Cum igit̃ nec dimidiã quidẽ partẽ nec finem philosophi præcipuũ sis assecutus philosophi et sapientis nomẽ iure tibi alciscere nõ uideris, qui non semi

Qui phs dicẽdus et habendus.

Circa quę uersari philosophus debeat.

Duplex subiectũ phi.

Qui fœcerit et docuerit.

Nõ in cognitione tãtũ sed operatione cõsistit phia.

perfectus est, sed totus teres atq; rotundus, in quē simul ac philosophiæ siue sapientiæ spūs fuerit ingressus, nō tātū is fulgore eius ad rerū cognitionē intellectū illuminatur, uerū et calore quodā nō urente sed pficiente ipsum appetitū inflāmat. Ad quod quidē oportet sapiētem nō triplicē tantū philosophiā plustrasse uerū post singula et omnia plustrata et tam cœlestibus q̄ terrenis, tam uisibilibus q̄ inuisibilibus, tam æternis q̄ corruptibilibus perspectis, bonū singulorū perpendere et secundum cōditionē cuiusq; iudicare debitoq; cultu uel affectu psequi. Q̄d quidē nomē ipsum sapiētis indicare uidet, q̄d apud græcos ἀπὸ τοῦ σέβειν, deduci tradit, non tam quidē quia σέβαστος ipse sit, cū tamen ueluti deus quidā in humano corpe hospitatus, sit quodāmō adorabilis et ueneratiōe dignissimus, Sed q̄d dirigere nouerit et mōstrare, quo cultu quæq; sint psequēda, et ipse prosequat, tā in maiori q̄ in minori mūdo omnia quodāmodo existēte, in quo sapiētissimus quisq; semp fuit maxime occupatus, curauitq; pspicere et docere, qūo naturales propriæq; potētiæ suū quæq; munus instar uniuersi exerceant et p optimā operationem finem præscriptum consequantur, diuinæq; diuinis nectantur, ubi altissimus posuit refugium nostrum. Quem quum non Hebrei tantum et Christiani, quos impurissime es ausus nominare, sed omnis prisca philosophia agnouisset, causam esse a qua omnis causa, Actū a quo omnis actio et opatio, lucem a qua omne lumen, intelligentiā unde

Pħs totus teres atq; rotundus.

Qui effectus sapientię.

Quę dispositio ad sapientiā siue progressus.

Ethymologia sapiētis

Incognitione et cultu mioris mūdi sapientissimus quisq; maxime occupatur.

Vbi altissimus posuit refugiū nostrum.

Deus cā a qua omnis cā: actus a quo omnis actio et operatio, lux a qua omne lumen.

Priscorum phorum institutum.

Luciperinę et gigantęę uires.

Deum esse nihilcertius

Plantā nō/nullos tātū uiuere et brutum.

Quę qbus pręferenda aut post ponenda.

omnis intellectio et sapientia profluat, Ideo tam orphicorū, Pythagoræorū, indorūq; sapientū institutum, q̄ Platonis et Platonicorū omniū postea ritus fuisse legitur, ut de ueritate sapientiaq; disceptaturi indagaturiq; per misteria prius, p preces atq; supplicationes uim et splendorē suis tenebris exorarent, diu quidē ante p uirtutes purgatorias expiati, minime spare ausi purissimū summæ sapientiæ candorē mentes pollutas et sordescē res irradiaturum. Tu uero nefandissime simul et imperitissime in cuius potestate ne unus quidē et alter spirandi halitus est, tuis te uiribus luciperinis et gigantæis in cœlū assensurū et ad aquilonē sapiētiæ tuæ sedē per te positurū putauisti? Tu sordibus usq; aduerticē imersus lucis æternæ fulgorē te adeptū iri credidisti. Tu diuina noueris? qui ne deū quidē scias, quo nihil in natura et sup naturā cercius? Tu humanorū pitiā teneas, q uel teipsum lateas? quo nihil tibi ppius et noscibilius Qui ignoras uiuas ne aut qualis uiuēs existas (putas. n. te hominē uiuere cū plantam tantū, et brutum uiuas) Quid igit ego imprudens immoror te nō philosophū redarguere, cū ne hominē quidē et rōnalem depræhensurus sim? etenim si rōnalis esses, talia quidē minime sentires aut loqreris, Tū Virtutē minime pūifaciēs, quæ uere bona sunt et q̄ mala dignosceres, Nec uiliora atq; deteriora melioribus et præciosis anteferres. Verū propria alienis, honesta turpibus atq; etiā utilibus, ppetua corruptibilibus, stabilia icertis præponeres. Cur aūt ad

ista non

ista non recte nec rationabiliter habes? Nimirum quia oculis illis tibi uti aut cernere nō cōceditur, quibus uera rerū discrimina et uere bona uereq; pulchra dignoscuntur, quæ insipientibus nō esse uidentur et sunt, sed illis tantum inspicis, quibus uulgares et idiotæ ne dicā belluæ hallucinantur ad ea, quæ non sunt et esse uidētur, Eoq; gustu uiges et appetitu, quo insulsissima et sordidissima instar pecorū degustant et sapida uidentur. Cares aūt eo, quo nō mulsum et sumen. Verū ambrosia et nectar diuorū epulæ, delibantur. Quæ nō in putredinē exeunt sed nutrimenta præstant immortalitatis.

Quę nō esse uidentur et sunt.

Quę non sunt et esse uidentur.

Quare aūt in tantā insipientiā inhumanitatēq; incidisti? nempe quia impius spū sapiētiæ destitutus ea quæ hominis sunt et ad sapientiā spectant, nō pōt agnoscere neq; exercere. Et non mō ad uirtutē affici, sed ne lumē quidē eius et splēdorem uel procul intueri. Sine qua nō modo secundū philosophū (ut tu putauisti), at ne secūdum hominē quidē, ut decet, sapere aut quicq̄ rōnabiliter operari conceditur. Quippe cum Virtus nihil aliud sit, ut inquit Cicero et Aristoteles testat̄, q̄ rō recta, seu habitus uel actus per quē rō recta exercetur. Si pōt quis ergo, homo formaliter existere et carere rōne, potest et quis esse philosophus et carere Virtute. Quē oportet cæteros artifices atq; magistros sapiendo et operādo tāto præstare, quanto homo ipse relinqua animalia antistare noscitur.

Impius sapiētię spiritu destituit̄

Sine uirtute nihil recte fieri.

Virtus est recta rō uel habitus per quē recta rō exercetur.

P̄hm oportet cœteros artifices sapiēdo et operādo p̄stare

¶ At inquis, scio ita me carere uirtute, ut ne quidē eius

diffinitionē teneā, scio et practicæ p̄hiæ me priuari exe-cutione scientē me tamen experior eorū oīum, quæ tri-plex p̄hia cōplectit̄ mathematicorū quoq; nō ignarus, sup̄ quibus oībus in utrāq; partem subtilissime possum copiosissimeq; disputare. Qūo ergo dicor ignorās phi losophiæ? Aut qūo non pōt quis absq; Virtute morali practicæq; philosophiæ executione esse p̄hs? Inopina-bilia sunt ista et cōtra expiētiā dicta. At hoc παράδοξον Aristoteli ascribat̄ secundū cuius doctrinam ista enun-ciantur, Quē tamen nō incōperta, sed ueriora ueris hic scripsisse res ipsa atq; experientia cōprobat, eum scilicet qui morali uirtute non sit præditus, ignorantē in om-nibus inueniri nec philosophum uereq; sapientē existe re, licet eundē esset audire cōmemorantē atq; etiā appo site et subtiliter exponentem omnia et singula, quæ nō modo ab Aristotele et Platone sunt scripta sed et in li-bris bibliothecæ Ptholomæi philadelphi olim cōtēta. Hunc inq̄ tot ac tanta scientem, carentem autē uirtute, ignorantē et non uere intelligentem multoq; minus sa pientem innuit Aristoteles, Non aliter eum habere do-cēs q̄ nos pueros uideamus picasq; et coruos nostra uer ba conantes, quid autem dicant et pronuncient mini-me intelligentes, quoniam ut ipse ait ad Nicomachum scribens, ad hoc quod aliquis uere sit sciens et non solū in actiua sed et naturali et supernaturali intelligens, non tātū scire uerba oportet et singula perspexisse et cogno-uisse, aut acute pronūciare sententias, Verum et rite per-

Paradoxō inopiabile.

Multa scire quis potest non tamen intelligere absq; Vir-tute.

Bibliothe-ca Ptholo-męi.

Picę et cor-ui humana uerba conā tes.

cipere, et agere quæ dicuntur et credere. Credit autem quis quando benedictis adhæret ac sua facit et recto appetitu secundum cuiusque rei dignitatem, quam philosophia et sapientia monstrat, afficitur, reque ipsa sese cognitis conformando approbat, et utitur uirtute. At qui secus habere noscitur, et contra philosophiæ atque sapientie dictata se gerere, indigna dignis præponentem terrena uiliaque præclaris, sensualia intellectualibus, fluxa æternis anteferentem, fruendis utentem utendisque fruentē. Quis quæso hunc sapere et præcia rerumque naturam intelligere et scire siue perspicere dicat.

Nō tātū dicere et scire phīca sed credere est philosophi

Pręcia rerū naturāque intelligere.

¶ At inquis nouit quidem rerum istarum et explicare potest discrimina naturamque philosophus, Verumtamen uidens meliora probansque deteriora tamen eligit.

¶ At sic habere et factis magis q̄ uerbis errare non philosophari est, sed plane desipere. Nec Platonis aut Aristotelis philosophiam tenere, Sed ad cuiusdam imperiti nec boni magistri doctrinam sese conformare, qui quidem non ueram rerum naturam profitetur, quam tamen sibi intendentibus suasque scholas frequentantibus, ueram esse per logicam non bonam persuadet, in qua eos tamdiu exercet in sensibilibus et concupiscibilibus assuefaciens, q̄diu habitum inhærentem contraxerint, et cæcucietes ad alia bona ꝑnoscenda et credēda facti, talis unusquisque fiat, qualis fuerit finis, quē ipse ꝑscripserit atque statuerit, Vt quotiēs cōtigerit electionē fieri

Hoc desipere est non phari.

Non boni magistri logica et doctrina.

Talis unusquisque qualis finis pręstitutus.

dictante intellectu uerũ bonũ apparenti præponendũ, maius bonũ minori præferendũ, maius malum minori magis euitandũ, rõne paralogizante et intellectu mẽtiri coacto, nõ dubitet male cõsiliata uolũtas honestis iocũda, æternis tparia, diuinis humanaꝑferre, et animi bona corpis comodis, et utraq; fortunæ ludibriis posthẽre.

Male consiliata uoluntas.

ℭHæc.n. quæ ipse monstret uere esse bona et ꝑ experientiã palpabilia, Illa alia de cœlestibus, immortalibus, salutiferis atq; beatificis, uerba esse tantum et somnia, et propterea ne hili quidem facienda.

Fortunę ludibria.

In hac quidem doctrina magister ille multos mortales, tã litteratos, q̃ illiteratos, sacros q̃ ꝓfanos dociles hẽt.

ℭSed quæso quisquis eã suã fæcerit, sapiens ne uel philosophus uel iureconsultus uel alius quispiã cẽsendus? Non uidet quidẽ siue eã nouerit qualis sit siue ignorauerit, Si quidẽ ignorauerit hanc nõ dico cõtra Apostolicas sed Aristotelicas et paganicas traditiões habere, nõ secus q̃ lux differt a tenebris, præcipuã tñ putans sequitur, qualis huius non modo in rebus et disciplinis peritia? Sed qui sensus et uitæ status? infœlix quidẽ, nõ suã tamen agnoscens miseriã nec ignorantiam. Si uero nouit et audiuit, quæ præciosa, quæ uilia dicant, quæ philosophum et hominẽ deceant, quæ plebeiũ et belluã, intẽperanter tamen uel incõtinenter habens, eligit uitam uel actũ brutalẽ q̃ rõnalẽ exercere, Nõ ne hic factis et si non uerbis asserit se nõ sapiẽtiæ amatorẽ? et nõ rationalem, sed irrationalẽ uitã magis amare? haud dubie qui-

Dilema.

dem. Abhorrent igit talia et aliena sunt ualde a philo/ sopho. Vt q alios sapere faciat ipse desipere eligat et eã quam cæteris cauet turpitudinẽ, ipse sequat, quod si ta/ lia forte cõtigerint, tunc quidẽ et q̃diu sic perseuerauc/ rit nomen et rem philosophi amiserit. Quid igitur fa/ cit et seruat philosophũ et Christianũ p accidens, qui per se quidẽ tanto ethnicũ debet philosophũ præstare, quanto distat ortus ab o ccasu. Sed quid facit et seruat philosophũ ne desipiscat, sed secũdũ rectam rationẽ et uerũ hominẽ naturaliter habeat? Non scientia quidem uniuersalis exterior et uerbalis, ut uidet, uerum actualis interior et realis, quã Virtus profert, quæ nisi prædisca- tur et habeat, fit ut quicunq; scias profitent et leges ui- tæ et disciplinæ monstrant, sint, tanq̃ æs sonans et cym balũ tinniẽs, nec ipsi nec quibus mõstrat, secũdũ rectã doctrinã habeant, sed omnis eorũ scientia tam philoso phica, q̃ Christiana uniuersalis et in habitu, uerba sint tantũ, nec in actũ efficacit, naturaliter deducat. pp non habere bonũ principiũ quod intercipitur p maliciã et illius mali magistri actualẽ doctrinã, qui absente Virtu te, (quæ sola hunc arguere põt et naturaliter coercere) quotiẽs ẽ quid particulariter decernendũ, imperiose ni/ mis edicta facit et fines dictat particulares, in quibus cũ mortales obsequẽtes habet, pũerse habetur in actiõibus et res humanæ tũ publice tũ priuatim cõfunduntur et male habent. Vbi pax esse deberet, bella ciuilia fremũt. Vbi publicũ cõmodũ ꝓspici, priuata tantum quæritur

Aliena a philosopho

Nomen et rẽ philoso/ phi amittit.

Quid faci et seruat phi losophum.

Sciẽtia rea lis.

Principiũ recte agẽdi

Qualia sint gesta disci/pulorũ ma/gistri mali.

utilitas. Discordiæ magna dissipãtes, amicitiis parua locupletantibus præferuntur populi subleuandi et fouendi, uexantur et opprimunt, Leges humano generi salubres uel non ferũtur, uel latæ non obseruant, Improbi extollunt, ꝓbi sunt nihili. Indignis et ambitiosis honores distribuunt et præmia, docti et honesti habent neglectui, iacẽt bonæ artes, studiosi mores obliterant. Honesta et sancta studia frigent, et qui ea frugaliter ꝓfitentur fame et frigore laborant, Virtus corã laudat, absens laceratur. foris probitas ostentat, intus et domi uitiũ colitur, Rari suæ ꝓfessionis fines præstant, illius mali magistri potius q̃ suæ doctrinæ memores et obseruatores, Secundũ cuius dictata multi et priuatim proficiũt discipuli, plurimi etenim auaritiæ studentes, magnũ faciũt profectũ, Nefãdis libidinibus q̃plures sunt addicti. Gulæ et uentri ueluti belluæ innumeri indulgentes putrescunt, et alia deniq; fiunt quæ probis probro est dicere. Quicq̃d certe præter decorũ et rationẽ in studiis et negotiis cernitur ab huiusmodi doctrina prodire noscit, sicut et olim prodisse legitur, infuturũq; prodibit.

Quem Aristoteles itelle/xerit ma/lũ ignoran/tem.

¶Quod quidem nos et Aristoteles admonet, Ex huius .n. scholis is exiuit, de quo hodie pronunciat ueluti e Cũtione humani generis inclamans, Cauete mortales, ne mali magistri scholas frequẽtetis, omnis .n. illius mali malus discipulus ignorans fit eorum, quæ agere oportet et a quibus abstinere.

¶Quare hoc philosophorum acutissime? Quis est iste

malus ignorans, planius edisſere. An alius, q̃ quem et ſanctiſſimus præcæptor tuus in ſophiſta deſignauit. Cuius. ſ. animam improbitas occupauit, et ea quã idem animæ dementiam nuncupauit, quæ dum ad ueritatẽ nititur intelligentia ipſa præuaricatur, animaq; ipſa in/concinna atq; deformis redditur et infirma, qua ſic ha/bente quid deceat uel non deceat et uere exiſtat nec cer nere datur nec exercere, quod a pħo ualde alienum.

Plato in ſophiſta.

Animę dementia.

¶Is quidem igitur malus et ignorans. Qui nõ ſane ha/bens et mente deſipiens, ſe ipſum imprimis male curauit et ſeipſum præ cũctis decœpit qui nec medicinam adhi/buit, qua ſaneſceret, nec diſciplinam inuenit, qua reſipi/ſceret. Qui morbo inualeſcente ineptus eſt factus ad be ne operandũ, et malitiæ calligine contracta, cæcuciens euaſit ad recte ſapiendum.

Qualis uix malus et ignorans.

¶Is malus et ignorans, qui in puerſiõe animi pſeuerãs ſibi neq̃ et iniuſtus, digniſſimũ et circũſpectiſſimũ obſe qui. Et uiliſſimũ atq; ĩpitiſſimũ ſe cõfuſurũ et pditurũ impare pmiſit, quo ductore et magiſtro, ĩtellectus in ue ris et falſis mẽtiri pticularit̃ didicit. Volũtas in bonis et malis delirat et meretricat̃. Rõ in utriſq; paralogizat. Quæ ſeruilis et quodammodo irrationalis facta, nata quidẽ ad meliora et ueriora hortari, iubetur ad deterio/ra et minus uera proſpicere et a propriis ad aliena, ab in trinſecis ad exteriora, a ueris ad apparentia magis deerra re, et paſcua non uere paſceutia inueſtigare.

Peruerſio animi.

Cũ digniſ/ſimus ſer/uit uiliſſi/mus impe/rat.

¶Is malus et ignorans, Qui rudis et incautus ſibi con/

ſulere, aut recte, cōſulentes imperitus inqūirere nec amā di ordinem cuſtodiuit, nec operandi rationem, ut ius faſq; eſt, obſeruauit, ſed praua conſuetudine et opinione ſeductus, quicquid ſuaue ſenſui applauſit aut alios magni facere uidit, pecorum ritu uulgi antecedētis gregem ſequendo, eo animum applicuit, et irreparabile tēpus uitāq; fugientem impendit. Qui ueri æſtimatione deperdita, uilia magnifaciens, magnifacienda nihilpendit, Et boni guſtu et iudicio amiſſo mala bona putans cupide eſt inſectatus et bona mala iudicans infœliciter eſt aſpernatus.

Ordo amādi et rō operandi.

Veri æſtimatione deperdita.

¶ Is malus et ignorans, Qui in magna poteſtate ac dignitate conſtitutus naturæ ac dei munera non perpendens, tēpus acceptabile non agnouit, quo cū poſſet altiſſimi ſibi gratiam cōparare, et ciuis ac domeſticus eius fieri, perperā amando et operando, nec ſe ſe bonis diuinis ornando et imbuendo, ad dei odiū cōtrahendū ſordidiſſimis deturpauit, et inferis ſe ſe cōformans a ſuperis deformauit, et in æternum exulem fæcit.

Biuium uitæ ac mortis.

Is malus et ignorans, qui in biuio lucis ac tenebrarū, uitæ ac mortis poſitus parū ſibi ſapiens et amicus ad læuā deflectens, uiā perditionis inābulare elegit, a tenebris in tenebras p tenebras eo uſq; pgreſſus, ut in præceps ruēs iā ſiſtere nequeat, altoq; demerſus ſumma amplius unda nō ebuliat. Sic quidē habet malus et ignorans eorū quæ agere oportet et a quibus abſtinere.

Qualis bonus et ſapiens futurus ue phs.

At bonus et ſapiens futurus ue philoſophus huius longe diſſimilis.

ge dissimilis. Qualis hic ergo? Nempe qui fœlicia nactus
principia a malorũ tramitibus gressus suos diuertit, aliã
disciplinam diuersaq; consilia secutus. Suamq; insitiam
atq; infirmitatem edoctus, ita se curandũ atq; instituen
dum exhibuit, ut aptus fieret ad bene sapiendum, et ido
neus euaderet ad recte operandum.

¶ Qui ad se et sua oportune respiciens bonitatem ordi
natam in se ita coluit et regnum suum ita instituit, ut di
gniora uilioribus non præirent, et quæq; locum suum
et ordinem seruantia, in officio præsto essent.

Qui boni tatem ordi natã coluit et regnũ su um recte in stituit.

¶ Qui mancipium non imperare sed utiliter obtempe
rare assuefæcit et ita dominæ obseq ut rationale quodã
modo redderet, eo sic ad maxima et optima quæq; no
scenda atq; agenda usurus.

Qui manci pium obtẽ pare assue fęcit.

¶ Qui noscens bonum, quod omnes cupiant et uelint
habere, Et ad quod non modo intus se excitari sentit,
sed uniuersa suo quæq; modo circũspicit festinare, ma
los non magis captare, q̃ Tantalus aquas fugiẽtes et po
ma fugatia. Stultos uero nõ aliter ad id satagere, q̃ Da
naidas poetæ cantitẽt, quæ semper anxiæ et anellantes
uasis perforatis potum aurire contendãt. nec quicq̃ ꝓ
ficientes ab incœpto tamen non desistant, plærisq; uero
bona sua tantopere expetita in perniciem atq; amaritu
dinem redundare animaduertens, alieno periculo cau
tus, et sollicitus, ne super re omnium præcipua decipiat
aut frustra ꝑperã ue laboret, Inquirit et cõsulit, qui do
ceant et mõstrent, An sit, quidnam et quale sit bonum,

Malos non magis bo num captare q̃ tãtalus aquas fugiẽ tes.

Danaides.

Summmũbo nõ uel amissum reparãdum uel diuinitus propositum acquirendũ.

Et quomõ cõparandũ, quod uel amissum reparãdũ uel sibi diuinitus ppositũ acquirendũ, q̃diu mortales non inuenerint, eo carẽtes, semp anxii inquieti huc illuc circueuntes, et quicquid aliud oblatũ fuerit nusq̃ uoti cõpotes, tanq̃ mare feruens irrequiebiliter fluctuare cernunt. Nec temere cuilibet assentiendũ, aut suo ingenio fidendũ documẽto sunt magno et excellẽti ingenio uiri, qui ob huius boni cognitu et creditu difficilis assecutionẽ, posthabitis cæteris oĩbus bonis et contẽptis tam publicis, q̃ priuatis actionibus, Varias prouincias, ignotas regiones, ac totũ fere terrarũ orbẽ pagrarũt, Prudẽtissimos quosq; et sapiæ noĩe illustres sup eo cõsulẽtes.

Exẽpla philosophorũ hoc bonum inquirẽtiũ.

Thales milesius.

Hoc Thalem milesium Aegyptios uates adire suasit.

Pythagoras.

Hoc idẽ Pythagorã i Aegyptũ pmũ, ide inpsas traxit.

Bias. Solõ

Hac cura Bías, Solon, Pythacus reliquiq; sapientiæ nomen assecuti flagrarunt.

Democritus.

¶ Pluris fæcit democritus huius notitiã q̃ patriã et diuitias, q̃scũ imẽsas possideret illas tñ posthabuit, et ut hoc bonũ agnosceret ipse ignotus uigiti ãnis athenis latuit.

Carneades

¶ Carneades ita se huic inquisitiõi addixit, ut eius cogitatione abstractus manũ ad mensam porrigere obliuisceretur, nec ullam corporis curã haberet.

Anaxagoras.

¶ Anaxagoras ob hoc ipsum diu pegrinatus cũ domũ reuersus patriã et agros sua absentia desertos cõspexisset, dixit perissem ego, nisi ista pissent. Quid aliud Cleã

Cleantes.

tes cupiebat adiscere cũ laboriosus adolescẽs quæstu extrahendæ aquæ nocturno tẽpore inopiã sustentaret ut diurnis Chrissippi præcœptis inuigilaret.

Cur Plato cũ Eudoxo tredecim ãnis Aegyptiorũ senũ
discipulus quadragenarius fieri nõ recusauit? et inde in — Plato.
Italiã trãsgressus ab Archita Tarẽti, a Timæo et Cæto
locris Pythagoræ præcæpta et instituta accipe uoluit?
Cur Aristoteles ipse uiginti ãnis ac supra Platonẽ præ
ceptorẽ habuit, nisi ut et ipse hoc tandem perciperet? — Aristoteles.
Quorũ omniũ cõsulta et respõsa scrutatus Apolonius — Apolonius
Tianæus, nec tamẽ his acquiescẽs multis itineribus ma — Tianęus.
gnisq; laboribus totã admodũ Asiã Indiã usq; plustra
uit. Inde discedens et p elamitas et Babylonios persas et
assyrios Aegyptiosq; circuẽs Ethiopiam peragrauit, ut
hic gymnosophistas, illic Bracmanas sup hoc adhuc an
ceps et impos animi cõsuleret. ¶ Sed quod et quale hoc
tandẽ hic et alii didicerunt retulerũt ue? Nẽpe quale nõ
mortaliũ quisq̃ decẽter efferre potest sed quale prudẽs
magistra quoquomõ patefacit, et ad id sibi intẽdẽtes do — Prudẽs ma
ciles et credulos reddit. Ad q̃ et futurus p̃hs fideliores — gistra.
nactus curatores iubet per iter insolens ac spinis ac situ
obsitũ et quodãmõ obliteratũ aditũ quærere, Tẽperan — Tẽperantia
tia et Abstinẽtia ducibus et Tollerãtia comite, q̃ ad se — et abstinen
introductos ac rite expiatos seq; ipsos edoctos docet et — tia ducibus tollerantia
instruit bonorũ et malorũ fines ueros et falsos ĩprimis — comite.
agnoscere, et uera rerũ ꝑcia naturãq; tenere, cautos p bo
nam logicã reddens, ne unq̃ a doctrina illius mali ma — per bonam logicã.
gistri decipiantur, et maiorẽ dictãte intellectu ne in mi
nori errent, eligenda omittentes, aut omittẽda eligẽtes.
pp quẽ errorẽ oĩs rerũ humanarũ turpitudo et pnicies

emergit cum .s. mortales in agibilibus syllogizātes male persuasi et assuefacti, bonum statuunt a generosa hominis natura extraneum et alienū, ex consuetudine mala/ ue institutione aut inclinatione, uero et cōuenienti bono temere et imperite in ipsa minori prælatū. Cuius falsitatem ut sui noscant discipuli depræhendere, uerumque syllogismum non errantes ordinare, docet eos uerā philosophiam, hoc est uerā rerum naturā et uerorū apparentiumque bonorum cōditionem, per experiētias rerū, effectusque discurrens dignoscere, quibus ostensis et bonorum, tam animi q̃ corporis et fortunæ discrimine indicato, necnon ostenso intellectū et uoluntatem semper ueris et bonis intēdere, et melioribus atque uerioribus inclinare, a falsis et minus bonis naturaliter abhorrere, ex principiis uere cognitis et concessis, Veram conclusionem inferre monstrat et obseruare, non sine tamen socia Virtute, per quam elicitur et fit sana assensio primis principiis, unde infertur conclusio, et impedimentū remouetur, quod ab appetitu intentatur.

Bonū a natura hois extraneum in minori prę latum.

Per expientias rerū effectusque discurrens.

Verā cōclusionē inferre mōstrat.

Quid Virtus operet ad recte syllogizandū in agibilibus.

Qui nisi per ipsam Virtutē cohibeatur, Veluti Dauus interturbat omnia, Nam diligens uanitatem et sequens mēdatium, ex sui natura semper repugnat et recto principii iudicio et conclusionis et præcæpto sequenti dictū iudicium propter immoderatum ad corporea et apparentia bona affectum, quibus assueuit et quæ putat præcipua, spe præclara uerorum bonorum adipiscēdorum, ad quæ Virtus hortatur, sua relinquere abnuēs, tediūque

Appetitus ueluti Dauus interturbat oia.

et difficultatē subire recusans, quare nebulas intellectui obiicere non cessat reginamq; seducere, uerū finem rerum agendarum cernere non sinens, neq; decernere. pp quod sapientiæ candidatus Prudentiæ scholas nup ingressus ad recte sapiendum et operandum idoneus fieri cupiens, tam assistentem Virtutem, q̄ magistram auscultare et sibi propiciare procurat.

Quid moliatur appetitus p Virtuté non cohibitus.

Sapiētię cādidatus.

Virtutē quidem ut rectam æstimationem de fine habere faciat offuciasq; intellectui ab appetitu obiectas discuciat et reginam corrumpere nitentem inhibeat, Prudentiam uero ut media ad ipsum finem inuenire doceat et super his recte iudicare, decernere, et exequi monstret.

Cur necessaria uirtus et quid operetur.

Cuius duplex p̄cipue munus agnoscitur. Alterū quo ut Virtus intellectualis ueram cognitionē atq; pceptionem agendorum suggerit, hoc est eorum omnium circa quæ actus rōnis et intellectus nec non uoluntatis potest bene et male se habere, sunt aūt ista tam mere practica, q̄ speculatiua, tam uniuersalia, q̄ singularia, tā necessaria, q̄ contingentia, practice tamen et contingenter p actus ratiocinatiuos et iudicatiuos consideratam. Alterum ut uersatur in dirrectione Virtutum moralium et illis inseparabiliter iungitur. maxime cum appetitui rectificando inuigilatur, per quem determinatur intellectus practicus ad ratiocinādū et inquirendum media ad finem consequendum. Cuius finale opus, cum sit notitia et ueritas inqsita, ut electio appetitus sit recta, electio autē recta esse non possit absq; uirtute, fit, ut nec uirtus

Quid prudētia et quę eius munera

Primū munus.

Secūdum.

Qui finis intellectus practici.

possit esse absq; Prudétia, cuius est inuenire media, quorum gratia fit electio, quæ est principium operationis, nec prudétia absq; Virtute, quæ causat electioné rectã cuius principiũ est ratio practica cum appetitu, qui ut dictum est nisi per Virtutem moriger fiat seducens intellectum nec sinés inquirere ueritaté, nec recte iudicare de fine, mentiri impellit circa principia practica.

Virtus et prudétia inseparabiles licet formaliter distinguantur.

¶ Cum autem tam uirtus moralis q̃ prudétia quicquid intendunt et moliuntur, propter electionem siue operationem ad bonum intendant et moliantur, siue illud sit personale, siue familiare, siue ciuile, honestum, utile, delectabile, omnesq; uirtutes tam morales q̃ intellectuales ad ipsam fœlicitatem ordinentur, fœlicitas autem sit operatio præstãtissimæ uirtutis, Intelligit studiosus discipulus omnem Virtutis laudem ut doctissime inquit Cicero, immo uniuersi ordinem in actione siue operatione consistere. Cum rerum natura indice et magistra sit perspicere, nulla sub Sole atq; etiam supra solem entia a deo esse, siue corporea siue spiritalia, cœlestia, terrena mortalia, immortalia, quæ non in actione siue operatione quæq; sua uersentur, quam per insitam uirtutẽ exercent, quæ rursus nisi in actum nata sit exire frustra in natura esse nullaq; laude digna noscetur.

Electionis principium ró practica

Ois uirtutis laudé in actione consistere.

Oia p actioné siue operationé bonum suum consequi.

Quare cum nihil sit in uniuerso ociosum et cuncta cernantur ad suum ueluti brauium suo quæq; modo operando festinare, non obscure innotescit futuro philosopho, se quoq; per operationem ad bonum suum opor-

tere pertingere, et tanto quidem præstantiorem quanto decet hominem finem quodammodo uniuersorum præstãtius habere. Cum uero hanc ipsam non nisi per Virtutem exerceri cognoscat, (Cũ nulla essentia nisi secundum hanc operetur), intelligit nimirum de sua uirtute præ cunctis intendendum. Qualem hanc igitur is docetur habere? Nempe mirabilem minimeq; uulgarẽ, nullam et quamlibet, immo quodammodo arbitrariam sicut et ipsam operationem. Quæ cum in cæteris creaturis tenore quodam stato et uniformi pro natura cuiusq; perseuerare noscatur, in homine ipso quidẽ mirabiliter uariare pro arbitrio perspicitur. Licet enim cœlestis Pater in humanis pectoribus principia quædam et ueluti semina uirtutis inseuerit, Voluit tamen ipsum hominem de potentia ad actum seipsum quodammodo posse deducere ad eam alte obrutam ad libitum eruendam et in sudore uultus sui proferendam, ita quidem ut ex cultu eius, uel neglectu omnis successus uel defectus, gloria uel turpitudo, fælicitas uel miseria illi succederet. Vt qui hanc negligeret hominem exuens, bellua abiectior atq; deterior haberetur. At qui diuina semina rite excoleret atq; proferret, et munera dei agnoscens manum ad dignissima apponeret, non modo reliquis mortalibus prestaret et dominaret, uerũ et in diuinam sortem transiret, quam quidem sancti Heroes nostri uera Virtute nitentes consecuti noscuntur.

Qualis uirtus in homine sit.

Ex cultu et neglectu uirtutis oĩs fœlicitas uel miseria pcedit.

Virtus ex hominibus deos facit.

Ad quam et Dii Deæq; omnes apud ethnicos famigerati aspirãtes, propter Virtutem diuinitatẽ quandã suã in hoc seculo p tot secula celebrem adhuc retinent, docta et indocta per ora uirum uolitantes.

Hercules.

¶ Quid. n. Herculem ipsum heroum fortissimum et monstrorum domitorem adeo illustrem reddidit? Virtus ne, an contemptibilis Voluptas et infamis malitia? Virtus profecto, quam ut scripsit Prodicus, commemoratũ a Xenophõte, a Cicerone repetitũ, q̃uis sibi terribilia denunciantẽ, a puero sequendam magis elegit, q̃ uoluptatem suauia pollicẽtem, uidit. n. Virtutem, ut ad Lucillum scripsit Seneca extollere et super astra mortales collocare, quod et Aristoteles septimo ethicorum affirmauit homines fieri deos pp Virtutẽ cõmemorans.

Prodicus.

Seneca.

Aristoteles

¶ Quibus aliis gradibus castor, polux, Apollo, Mercurius, Saturnus, Pallas, Ceres, ac reliqui cœlum conscendisse feruntur, q̃ uirtutis.

Virtute prę ditis cœli nũc patent.

¶ Quibus et nunc aliis cœli uere patent, q̃ uirtute prææditis? theologica quidẽ maxime? non tamen solum, Cũ non nisi hominẽ, quẽ reddunt et faciunt quodãmodo cardinales siue morales, ad diuinitatem euehant Theologicæ et salutẽ. Et deus homines nõ aũt belluas saluos fieri uelit, et fœliciter ẽt in terris dominari, Nec. n. quisq̃ uerã magnãq; potentiã unq̃ consecutus noscitur, siue Christianus siue ethnicus, nisi maxime uirtute præditus et uirtute præditis circũseptus. Quare uidere semp fuit gloriã et potentiã sicut et sapientiã de gente ingentẽ et

gloria et potẽtia de gente ingentẽ.

regno in regnũ a deformissima malitia et iniustitia ad Virtutẽ et probitatẽ æterna diuinæ ꝓuidentiæ dispensa tione transire, et gratiã ac dei odiũ, nõ mõ quo ad spiri/ talia uerũetiã quo ad tẽporaria ꝑmutari, ut quãto quis sapiẽdo et operando ꝑ Virtutẽ, diuinã similitudinẽ ma gis effingeret, tãto præstãtior et apud deũ fauorabilior euaderet. Quãto dissimilior et ab eiusopificio absonus, tãto abono et duratiõe abesset atq; in nihilũ tenderet.

¶Quod quidẽ cũ res ipsa quottidie indicet, utinã Chri stiani principes id efficaciter ꝑpenderẽt et pacem interse et concordiã fouentes, uere Virtute præditos extollerẽt breui. n. uideremus Christiani imperii terminos, qui in angustũ admodum sunt redacti, oceano ultimaq; Tile terminari. Quod tu quidẽ Illustris Hercules Gonzaga una cũ eximiæ indolis affine Pyrrho ꝑpendẽtes et quid principes decet cogitantes domesticis deliciis posthabi/ tis Bononiã ꝓfecti, scholas philosophicas quottidie fre quentatis, ac uirtutẽ uobis et sapientiã studiosis ausculta tionibus cõparare ꝑseueratis, prudẽter quidẽ. Delitiis. n. et diuitiis uulgaribus afflũedo, multos adhuc principes tam extra Italiã, q̃ intra pares uel etiam multo superio- res circũspexeritis, Virtuti uero et in copia diuitiarũ fru galitati inuigilantes, q̃ paucissimos. Quare hoc ꝑseue/ ranter agite, et Virtute ueraq; sapientia magis, q̃ opibus et diuitiis excellere, dies et noctes elaborate. Nullus. n. illustrior et firmior pricipatus, q̃ ꝑstare uirtute et sapia. Quã licet obnunciator parum prudenter sit ausus uer/

Christiani imperii ter mini angu sti.

Illustris Hercules Gonzaga.

Nullus il/ lustrior pri cipatus q̃ pr[illegible]stare uir tute et sapiẽ tia.

bis deprimere, Vos tñ re ipsa extollite, et maximi semꝑ facite, ut maximi a prudētissimo quoqꝫ semꝑ facta. Nec sine causa putate, philosophos et summos quosqꝫ scri/ ptores adeo uirtutem extulisse, ut auro et genitoribus meliorem dicere nō debitauerint, immo quicquid auri supra terrā aut intra terram est, affirmauerint, non esse cū ipsa uirtute comparandū, et omnia illi bona adesse, quem penes uirtus existeret. Et multa huiusmodi. Nec enim nomē inane uirtus sed est illud diuinū, per quod fœliciores mortales ꝑ morē in bonum suum tendūt, et suum desiderabilissimū assequūtur. Est dispositio per/ fecti ad optimum media inter substantiam et rationem per quam unaquæqꝫ potentia optime suum opus exce cet et finem debitum assequitur. Quæ est bonū inter omnia hominis bona naturaliter concessa, secundum se bonum, perseuerans, inerreptibile, beatificum, quo ne mo male uti potest, sine quo nihil bene fieri cōceditur, per quod ad omne bonum perducimur, et per quod cætera bona nobis acquirere et conseruare prestatur.

Vt Aristo/ teles. Plato. Plautus.

Quid Vir/ tus.

Is quidem igitur bonus et sapiens habendus ue philo/ sophus non tam quidem, qui multa scire aut pul// chre loqui studuit, q̄ qui in scholis prudentiæ uersatus erroris nebula per uirtutem discussa, et perturbationū calligine remota, ita ualere et sapere curauit, ut bona et mala et quæ neutra sunt dignosceret, et singula pro di gnitate ita appreciaret, ne deteriora melioribus præfer/ ret, et umbras rebus, et pulcherrimis pulchra antepone/

Qui bonus et sapiens.

Erroris ne bula.

ret. Qui suis preclarissimis uiribus intellectu et uolun/ tate, ita uti didicit et assueuit, ut non in friuolis aut in suam instar Milonis perniciem aut etiam aliorum abu/ teretur, Sed ut sciret ac posset ac semper uellet secundū rectam rationem operari et sibi et aliis optima atq; di/ gnissima comparare, et terminum attingere, hoc.n.su biectum, hæc materia et instrumēta artificis artificum quibus decenter habēs spectaculo est et uoluptati non uulgaribus quidem, sed prudentibus et angelis e cœlo despectantibus atq; applaudentibus.

Vmbras re bus prępo/ nere.

Instar Mi/ lonis uti ui ribus.

Is bonus et sapiens, qui non ita alienis fuit occupatus, ut sua ignoraret atq; negligeret. Sed dei munera q̄ pri- mum agnoscens, et quid se deceret et quid cōsequi pos- set perpendens, secundum sui naturam et conditionem bene habere curauit. Et bonorum et malorum capax, non malis sed bonis se pauit et circūsepsit, nulli inferio rem se gerens creaturæ. Et bonū semen, quod in se deus seminauit ita excoluit ut fructum proferret dignum re/ cundi in horreum æternitatis.

Hō bonorū et malorum omnium ca pax.

Horreum ęternitatis.

Qui in orizonte diuinitatis et mortalitatis, lucis et tene brarū se positū agnoscēs, ut ꝓ arbitrio mortalitatē uel immortalitatē assequeret, cœlum uel inferos peteret, in angelos uel belluas immundos ue spūs trāsiret, Symbo/ lum nactus diuinitatis, tpe acceptabili non abusus, sed ad dei gratiam et diuinitatem consequēdam operatus, a uia mortis et tenebrarum declinauit. Et uiam lucis et

Hō in ori/ zonte diui nitatis et mortalita/ tis constitu tus.

ueritatis ingressus, a claritate in claritatē eousq; est pro/gressus, donec omne bonum attingeret.

A claritate inclaritaté.

Is habēdus p̄hs, q̄ nō nisi p̄ bonitatē ad ueritatē pueniri posse p̄suasus, nō in uerbis, sed factis philosophiā consi/stere credidit et nō mō p̄hia, sed et rerū natura īdice ui/dit nō p̄ locutionē aut sciam, uerū p̄ optimā opationē terminū attingi, quæ cū nisi per Virtutē exerceri possit, Eamq; noster obnūciator, sicut et plærīq; alii, ita igno/rauerit, ut sine ea sapiam cōpari posse aut p̄hm existere obstre puerit, patet qdē īsipiētiæ potius q̄ sapiētiæ stu/diosum fuisse, Atq; illius nō boni magistri potiusq̄. Prudentiæ auscultasse disciplinā. Quare defleat is si po test, et p̄sianā atq; Cretensiū execrationem se incurisse agnoscat, potiusq̄ se p̄hm existere, is igit malitiæ sordi/bus et tenebris terq; q̄terq; loricatus ualeat cōclamatus.

Nō nisi per bonitaté ad ueritaté perueniri.

Nō p sciam sed p opera tioné termi nū attigi.

Vos aūt ad meliora nati, et ad frugē bonarū litterarum peruēturi, amplectimini Virtutē et Prudentiam uobis præ cunctis conciliate. Et quam omnes prisci sapientes sapiendi et recte operandi magistram habuerunt uos et Ianuam intellectionum et omnium bonarum discipli/narum præsidem agnoscite.

Prudétia et sapiédi et re cte operádi magistra. Ianua intel lectionum. Oium disci plinarum p̄sses.

Nā cū nec intelligere incipiamus nec docere ualeamus, nisi mediātibus sēsitiuis potētiis, qbus ueluti īstrumētis et organis necessario utimur tam ad discēdū q̄ ad docē dum, ab aliquo mō noto ad ignotū, et a magis et prius noto ad minus et posterius notū deuenientes, et a noti tiis rerum sensibiliū ad intelligibilia, et a materialibus ad

Ordo intel ligendi.

immaterialia ascendētes, hoc quidē nisi munere Prudētiæ efficaciter exequimur. Cū .n. nec sensus intelligibilia per se attingere ualeat, nec intellectus sensibilia, Prudētia ipsa iuncta cogitatiuæ atq; imaginatiuæ, ueluti mediatrix et lapis angularis utrūq; iūgit et aditum aperit, licet .n. Prudētia sit habitus intellectus et subiectiuæ in intellectu existat, est tamē ibi ueluti Ianus, habens reflexionē ad sensum, Cui p interiores dictas potētias iungitur, ut habeatur principiū cognoscēdi et negotiādi, circa singularia et contingētia, et fiat primū cognitum, de quo tot inuolucra, pp ignorantiā imprudētialem, Et hmōi quidē intelligendi siue cognoscēdi principiū circa singularia uersans, dicit habitus principiorū particulariū siue intellectus particularis, et prudētia, quæ est extremi cuius nō est scientia sed euidētia, quæ quidē Prudentia, cū sit maxime actiua, actiōes uero singulariū existant, oportet horū primo hēre notitiā, nō tamē solum cū uerset etiā circa cōtingentia nō solū secūdū singulares eorū rōnes, sed etiā uniuersales, nec non speculatiuū identidē conscendat, nō quidē ut ibi sistat, uerū ut eorū conuertat ad singularia, Quæ qdē cū et ad speculatiuū intellectū suo mō ptineant, cū is iudicet de ueritate primi principii et opposita fallitate quæ se habēt tā ad cōtingentia q̄ necessaria tā ad uniuersalia, q̄ ad particularia, circa hæc aūt tantū habeat Prudētia iurisdictionem patet quidē prudentiā ianuā esse intellectionū et per eā, nos ad oēm cognitionē ingredi, nec sine ea posse quicq̄

Prudētia ut lapis angularis.
Vt Ianus.

Primū cognitum.

Intellectus pticularis.

Prudentia speculatiuū ascendit.

recte sciri, cū teste Aristotele libro methaphisicæ, nihil perfecte sciat, nisi cū ad pticulare siue indiuiduū fuerit deuentū, quæ, ut dictū est sola prudētia pōt intueri, sine qua rō et intellectus circa rerū ueritatē et bonitatem dignoscendā hallucinari et turpissime aberrare noscunt, maxime si appetitus sensitiuus nō fuerit modificatus et per Virtutes morigeratus. Sicut aūt est principium ad omnē sciam et cognitionē, Ita ab ea indepēdēte et inordinata oēs humanæ sciæ tanq̄ ad cām finalē habēt quoquomō dependētiā et ordinē, eāq; suo q̄q; loco respiciunt tāq̄ signa dātē nō aliter q̄ totus exercitus ducē seu imperatorē quas oēs ad arcē et fælicitatē uocat, mōstrās unicuiq;, qbus gradibus et passibus ascēdere oporteat, quā siquæ nō respexerint, et ducē nō habuerint, nō secus pfecto, q̄ exercitus ordinibus cōfusis infœliciter dilabunt, et ut inqt psius ex tpe uiuētes, coruos secunt qd quidē Aristoteles tū alibi inferius tū hodie ēt quoquomō innuit, dū oēm malū. i. imprudentē ignorātē dicit. Cū n. finē ulter oībus pponat prudētia et dirrigat, ut primus motor cœlorū et reliquorū cāt motus, a fine aūt sit rō oium eorū, quæ sunt ad finē, et finis ipellat agētē, agēs formā, forma materiā, nō obscure patet prudentiā uelut rginā ad oēs scias hēre et ueluti solē oia illustrare et regulare. Quā, sic et prudētialē sciētiā, (q̄ ē hītus actiuus circa oia bona et mala humana i uniuersali, cū prudētia sit circa hæc eadē in pticulari) quāti fæcerint et colendā ostēderint prisci sapiētes, eorum monumēta atq;

Sine prudētia rō et intellectus hallucinatur.

Prudētiam ut cām finalem oēs sciētię respiciūt

Qūo Prudentia ut cā finalis se habeat.

Quo differat prudentia a prudētiali sciētia.

historiæ ẽt testant, quorũ nullus ad sapientiã accessisse memorat, nec accedẽtes admisisse, nisi prius expiatus p Virtutẽ nosceret, quã prudẽtialis mõstrat phia, quibus institutis ex eorũ scholis uiri illi pdierunt, qui tanq̃ faces fulgentissimæ humano generi pluxerũt atq; ẽt nũc plucẽt. Quorũ uestigia secutus Aristoteles libros morales cõposuit, qbus (non tã quidẽ ut filio suo Nicomacho, q̃ posteris quibusq; cõsuleret) eam disciplinã tradidit q̃ ad sapiẽdũ et res pclare gerẽdas fieret institutio.

Quanti fecerit prisci moralẽ disciplinã.

Quæ cum sit ingenuorũ disciplina, Hortor uos pstantissimi iuuenes studiosius excipere, nõ uerbis qdẽ tantũ et scientiæ intẽdẽdo, sed re ipsa uirtutẽ uobis ipsam cõciliãdo et magistrã cũctorũ Prudẽtiã attẽtius obseruãdo, quæ iuniores atria sua adeũtes seq; salutare incipientes hmõi uocibus expiat et quodãmodo cathetizat.

Moralis philosophia ingenuorũ est disciplina.

¶O uos qui sapere cupitis et nostra instituta discere desideratis, ut ea recte tenere ualeatis, fugere uãitatẽ et mẽdatium uitare incipite. Cõtemnite quæcũq; uulgo placent, nihil eorum admiramini, inquibus cæca et hallucinans plebecula stupet, nam et si speciosa uident, inania sunt, et decepturo fuco circũlita nihil habẽt fronti suæ simile. Ad omne fortuitũ bonũ tanq̃ ad uestrũ hamatum uiscatũq; perniciem suspiciosi pauidiq; subsistite, Nam quisquis sinum suum expãdet ad eam quam fortuna spargit uilẽ predã, paulo post magno suo incõmodo et pernicie, quæ excœperit, reddet. Nõ sunt ista fortunæ munera, insidiæ sunt, nõ in occupãtiũ potestate,

Nota Prudentiæ monita.

Fortunæ munera insidiæ sunt.

Sed in illius temeritate posita, nec quãdiu affutura sint ullo mõ sciri põt instabile.n.eorũ fundamentũ, statio male fida, et quicqd impositũ aut supædificatũ fuerit, quilibet uentus et tenuis aura decuciet atq; cõuellet, Ea quærite bona, quæ nec illa dare nec eripere põt, et quæ ego mõstrabo, firma, stabilia, Ista in quibus plæriq; insaniunt, et inepte gloriant̃, caduca sunt, incerta, fluxa, fragilia, iniuriæ et mille casibus obnoxia.

Vt fortuna tos fortuna exagitet.

Amittũt diuites patrimonia. Auari pecunias. Ambitiosi curiã et honores. Duces imperia, et reges regna. Et sæpe inter magnũ Tyrannũ et nullũ nox una imo dimidia interest, Perdũt libidinosi amores suos et scorta dilecta, formosi morbo uel ætate aduenię̃te pulchritudinẽ. Fortes robur, Voluptuosorũ aũt cupiditates insaciabiles, eorũq; uoluptates pnitiosæ, incõtrariũ sæpe cedẽtes expetitæ in dolorẽ, Nec singulos mõ hoĩes sed uniuersas familias, immo populos et regna euertẽtes, Quæ intus etiã inclusæ diffident, lancinãt, discrutiant, pœnitentiam et pudorẽ incuciũt, ad tristitiã potiusq̃ ad trãquillitatem inducentia.

Qui hominum uoluptuosorum status.

¶Ad quæ quidẽ insaniũt et cæco impetu concurrunt, qui tramites pditionis secuti, ducẽ et magistrũ ignotæ uiæ habuerũt. Hi quibus sol intelligẽtiæ nõ est ortus, et nostræ doctrinæ nõ illuxit lumẽ, quorũ siue intellectu cogitationes, qui indulgentissimo naturæ suæ munere abusi, et se se hominũ nomine abdicãtes, pecudes, monstra ac stipites mallunt q̃ cœleste animal. Quorum uita

Qui monstra se malũt q̃ cœleste animal.

tanq̃ uestigiũ

tanq̃ uestigiũ nubis et bulla aquæ spumãtis repente discussa euanescit, et ueluti fumus a uẽto diffusus dissipat, tenebroso obliuionis uelamento perpetuo obruenda.

Quare uos qui nostra limina accessistis, quorũ spes est plena imortalitatis, impetus animorũ uestrorũ ad uera bona date. Et ista quæ mali ignorantes secunt et appetunt, uobis tanq̃ stercus et fæx tetra desipiãt atq; sordescant. Pudeatq; bona aut summa censere, quæ fuerunt ima terrarũ. Vobis dñari, q̃ natura sub pedibus posuit.

Mali ignorãtes pluris faciant æris eruginem, Vos mentis claritatem. Mali ignorantes.

Illi melius putẽt horreũ et arcam implere, Vos animũ. Antitheta spectãtia ad malos et studiosos.

Illi parietes polire, uos pectus.

Illi ex agro et horto spinas, uos e fibris intimis euelere.

Illis summa boni sit uncta uixisse patella semper, et assiduo curata cuticula sole. Vos animi pulchritudo capiat, et ea conuiuia trahant et ferta quæ alimenta præstẽt ad æternitatem.

Illi aduẽticia et extriseca, uos potius ura ꝓpriaq; curate Illos falsa et fucata, Vos uera et solida bona ad appetitionem sui moueant, Intra uos autem uestra uera bona interim quæritote, nõ extra, nec in sensibus, qui animalibus cæteris agiliores sunt, Nõ in corporis uoluptatibus, quod penitus est belluarum. Iutus inq̃ et optimã uestri pte quærẽda. Ea aũt erũt, q̃ ego et recta rõ indicabimus. Nam rebus omnibus præcia sua imponentes, et quanto unũ quodq; sit censendũ perfecte æstiman Quæ bona sint quęrenda.

tes, inter bona et mala neutraq; diiudicamus, inter falsa et uera, fugienda petẽdaq; discernimus. Quæcunq; igitur diuinis testibus concinentibus bona iudicauerimus quæcunq; recta probauerimus, uera inuenerimus quo/ad omne bonum indicauerimus, ad ea animi impetum dirrigite, ea intra uos certatim congerite, firma erũt, certa, stabilia perpetua, quæ cadere non poterunt, non de/crescere, nõ morbo uel ætate minui, non temporis edacitate consumi, nõ ab hoste aut casibus ullis adimi. Cætera omnia uos aliosq; destituẽt diuitiæ, fauor, terrenæ et ambitiosæ amicitiæ, sanitas, uoluptatũ illecebræ, Vigor membrorum. Pulchritudo, corpus ipsum et quæ corporis sunt derelinquẽt. Quæ profecto nunq̃ destituerẽt et de his semper, ut uelletis disponeretis, si uestra essent, nunq̃ officerent aut fastidirent si uere bona.

Qualia bona uere bona.

Quę cõditio bonorũ fortuitorũ et corporeorum.

At quæ intus parantur, quæ animæ immortali affiguntur, Virtus, sapientia, amor et cognitio diuinorum, tam uiuentes q̃ mortuos semper comitantur, quocunq; loco, quocunq; tempore, quacunq; ætate præsto sunt, eadem sunt, Non mutantur non ueterascunt, aliis imparti ta non minuuntur, sed multiplicãtur potius, ut quinq; panes per Christum in deserto, nunq̃ fastidium afferũt nunq̃ sacietatem. In quorum possessionẽ simulac quispiam uenerit, inde potest nunq̃ depelli, Semper tutus, lætus, Gaudens, minas tyrannorum, mortem et terribilia quæq; contemnens, Inter utramq; fortunam inuictus atq; extrilidus incedens.

Quę intus parantur tã uiuentes q̃ mortuos comitantur.

Antitheta studiosorũ et malorũ.

Qui uero illa quæ bona dicuntur et neutra sunt uelut præcipua sectantur et optant, semper pauidi, perturbati, omnia cæcis in tenebris metuentes. Propter illa.n.tyranni, fures, siccarii ac domestici etiam insidiantur.

Propter ista uero, non solum studiosorũ ingenuorũq; cateruæ affectantur, uenerantur officiosiq; sunt, Verũ etiam principes(modo modo non sint stipites) et reges amant charosq; habent, hisq; sunt ab auribus, ab oculis, a manibus, a secretis. Propter illa urbibus et auitis laribus sæpe miseri pelluntur, uel occiduntur. Propter ista prece et præcio absentes accersuntur, præsentes honorãtur, Suis chari, exteris uenerabiles, p numinibus quodammodo habẽtur, Pro miraculo ab ultimis terrarum finibus adeuntur. Immortales fieri ab oĩbus cupiunt.

Qui illa tractant, Qui uoluptatibus fœdis trahunt corpus animũq; ut plurimũ efæminati, inter uilia mãcipia, inter scorta, In tenebris, ĩ popinis, in fornicibus uisunt. Qui ista, in coronis nobilium atq; doctorum, In musæis, In sanctis gymnasiis, In tẽplis, In foro, In curiis uersantes, In principibus, In magistratibus, In apicibus dignitatum, coram regibus et sanctis pontificibus conspiciuntur. His una quæq; respublica, urbes populi, gentes præmia atq; honores statuũt, Illis supplicia, dedecus mortem. Hos omnes amant et uenerantur. Illos omnes oderunt et fugitant. Hi celebres cum laude uolitant docta et indocta per ora uirum.

Quę conditio uirtute pręstantũ.

Illi probro et infamia afficiuntur, nec homines iam

bellux potius in humana effigie uiuẽtes, quibus anima pro sale, ut suibus data brutescit, monstra immundiq; spiritus quodammodo habentur, quos tartarus æter-num q; baratrum creditur expectare.

At qbus nostra sunt cordi, q uera atq; æterna sectãtur nõ hominibus iam, sed angelis ac supremis mẽtibus cõ-similes et deo tantum quodammodo inferiores, immo cum illo dii, tanq̃ firmamentum et illustria sidera inter reliquos mortales corruscant, quos cœlum ipsum ma-net uicturos in perpetuas æternitates.

Deo laus et gloria.

Finit expositio super propositione Aristotelis e Tertio ethicorum, qua omnis malus ignorans pronunciat, quæ quidẽ habita est et ædita in gymnasio Bono-niensi, per Iulium Valerianum a bonis homini bus octauo idus Nouẽbris. M. D. xxiii. Im-pressa uero per Magistrũ Hieronymũ de Benedictis. die. xxix. Aprilis. 1525.

In qua quidem expositiõe præcæteris hæc breuiter discussa et sumatim agnosces.

TABVLA

TABVLA

FINIS.

Fidite prudentes, Vicium trepidate secuti,
Nam sua pro meritis præmia quisq; feret
In terris Clemens Virtutem extollit, olympo
Iuppiter, ignatos odit uterq; malos.

CLEMENS.  VII.

CB